Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0002-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0004-9

1743.

1. Riedel, Andreas: Vindiciae canonicae juris divino-apostolico-pontificio-ecclesiastici.

1744.

1. Hammer, Alexander: De eo, quod jure publico universali circa collegia, praesertim litteraria, juris est.

2. Hammer, Alexander: De jure principis catholici circa sacra.

1745.

1. Boeris, Joh. Hein.: De reservato potestatis Caesaris proprio, et quae tali a statibus imperii agnita.

2. Boeris, Joh. Hein.: De onere probandi, subditis in religione a domino territorii dissentientibus, regulariter incumbente, dum jus reformandi ob annum normalem cessans et limitatum obtenditur.

1746.

1. Hammer, Alexander: Biga dissertationum juris publici, quarum altera de communi utriusque serenissimae domus et archiducalis Habsburgico-Austriacae, et Alsatico-Lotharingicae ducalis origine, altera de capitulatione novissima, utrum illa, atque communi statuum consensu adornata, legibus imperii fundamentalibus post tabulas Osnabrugenses accenseri queat?

2. Hammer, Alexander: De jure directorii in circulo Franconico sede Bambergensi vacante reverendissimo, et illustrissimo ecclesiae imperialis Bambergensis capitulo indubie competente

1747.

Boeris, Joh. Henricus: De ~~indole ac natura~~ Germanicae jurisprudentiae sua domestica nunquam destituta

1748

Boeris, Joh. Hein.: De potestate statuum imperii, subditis suis diversae religionis indulgentias ferendas, legibus imperii non incongrua

1749

1a et Boeris, Joh. Henricus: De indole ac natura judiciorum Germaniae tam antiquiorum, quam recentiorum ad statum juris publici modernum, succincte explicata

1750.

Boeras, Joh. Hein.: Dissertatio juris Germanici sistens larvam, renunciationibus filiarum illustrium et opinioni desuper, licet communi, detractam.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0008-1

E5. num. 8. 10
1745, 2
5
P. 355.

DISSERTATIO JURIDICA.

DE

# ONERE PROBANDI SUBDITIS IN RELIGIONE A DOMINO TERRITORII DISSENTIENTIBUS, REGULARITER INCUMBENTE, SI JUS REFORMANDI OB ANNUM NORMALEM CESSANS ET LIMITATUM OBTINEAT.

AD ILLUSTRAND. §. XXXI.

*ART. V. INSTRUM. PAC. WESTPH.*

UNA CUM COROLLARIIS EX UNIVERSO JURE DESUMTIS.

QUAM.

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA.

IN ALMA OTTONIANO - FRIDERICIANA BAMBERGENSIUM UNIVERSITATE.

*SUB PRÆSIDIO.*

DN. JOH. HEINR. BOCRIS.

CONSILIARII AULÆ ET REGIMINIS, PROFFESORIS PUBLICI ET ORDINARII, FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORIS.

IN AULA ACADEMICA.

*AD DIEM SEPTEMBR. MDCCXLV.*

*HORIS ANTE- ET POST MERIDIEM CONSUETIS.*

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBJICIT.

JOH. GEORGIUS IGNATIUS SCHEID,

BAMBERGENSIS, JURIUM CANDIDATUS EMERITUS.

*CUM PERMISSU SUPERIORUM.*

BAMBERGÆ TYPIS GEORGII ANDREÆ GERTNER, PRINC. AULÆ, REVERENDISSIMI CAPIT. ET ALMÆ UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

KOENFRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0009-0

# REVERENDISSIMO,

ET

CELSISSIMO

S. R. I. PRINCIPI,

AC

DOMINO, DOMINO

# FRIDERICO CAROLO,

*EX*

S. R. I. COMITIBUS de SCHOENBORN,

PUCHHEIM, WOLFSTHAL, &c.

DEI GRATIA EPISCOPO

BAMBERGENSI, & WIRCEBURGENSI,

FRANCIÆ ORIENTALIS

DUCI, &c. &c.

*FACULTATIS JURIDICÆ IN ALMA HAC IMPERIALI OTTONIANO-FRIDERICIANA*

FUNDATORI

MUNIFICENTISSIMO, &c.

*DOMINO, DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0011-8

# REVERENDISSIME,
AC
CELSISSIME
# S. R. I. PRINCEPS,
## DOMINE, DOMINE
CLEMENTISSIME!

*CUm Salus, ac Fortuna Status tum firma Legum ſuarum fundamentalium obſervantia, tum unione Membra inter & Caput inconcuſſa præcipue nitatur;* PAX *vero* WESTPHALICA, *Sancti Juris*

*funda-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0012-3

*fundamentum, ſit ejusmodi, quæ poſt tot cruentas clades, poſt tricennales demum Martis inteſtini motus, poſt varias adeo armorum animorumque viciſſitudines, & inveterata diſſidia cum Membris Caput, Membra rurſum cum Membris conciliaret, tanta non niſi Nobilisſimi Germani Sanguinis effuſione conciliata, obſignata: profecto vel hinc pronum eſt conjicere, in Ea & incolumem, & afflictam Teutonicæ ſecuritatis ſortem, Patriæ tranquillitatem, mutuam Statuum conjunctionem, Auguſtam Capitis Majeſtatem ſuo velut in cardine immotam verſari.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0013-9

*Verum id unum æquo minus ferendum animo, in eadem ipſa Pace obſcuriora non pauca, nec ad hunc etiam ſatis explanata diem, relicta poſteris eſſe loca, quæ aſſiduas Partium tricas excitant, quas ad certa ſanctionis ſenſa revocare conantur quidem, etſi vera & genuina Principum ipſorummet Summorum, in hæc fœdera coëuntium, mens iis ad rem uſumque cerebrinum necquicquam ſuffragetur, adeo ut, ſi ſuis glorioſis e cineribus interpellare coram Auguſtos Fundatorum Manes fas eſſet, iniquas Verborum Legalium torſiones indignabundi abhorrerent.*

*Quando exiguas Pagellas haſce*

da

*ad* PRINCIPALE SOLIUM *cum ſub-miſſiſſima devotiſſimi animi reveren-tia Sacratiſſimis* MANIBUS TUIS, REVERENDISSIME, & CEL-SISSIME PRINCEPS *offerre præſumpſi; eam liberior hic quidem, humillima tamen plenus obſervan-tia, conatus inſtituti hujus obſequi-oſiſſimi rationem intendit, ut Ma-gno Illi Germaniæ noſtræ* PRINCIPI *poſitiones has ad maximum Præſi-dium deponerem, qui Auguſtiſſimo Imperatori, vaſtiſſimam Imperii Ro-mano Germanici molem ſuſtentanti, intimis a conſiliis pro ſancito hoc to-tius Imperii ac Status Fundamento acerrimum Cuſtodem ſeſe Chriſtia-*

*no*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0015-0

*no Orbi univerſo ſuſpiciendum exhibebat, atque ſingulari conceſſa divinitus Sapientia eam Imperialis Ordinationis hujus interpretationem tuebatur, quæ vim ejusdem ac ſenſum penitus adæquaret. Imo quod ad famam acceſſit inluſtrius,* REVERENDISSIMA CELSITUDO TUA *Sapientiſſimis Conſiliis & Æquitatis integerrimæ exemplis, quæ demum cunque difficultatibus non unis impeditæ in arduo Imperii Pro-Archi-Cancellarii Munere contentiones evolvendæ occurriſſent, publicæ felicitatis Lancem adeo ad trutinam ex omnium moderari votis nôrat, qua ratione Sum-*

*mam*

*mam Imperatoriæ Præcellentiam Majeſtatis, & Reſervata Eidem Auguſta Jura e Pace Weſtph. cuſtodiri ſalva, & in Superioritate Principum Territoriali ampliſſimæ vindicatorum Statibus Jurium Prærogativæ ſuo in pretio, & conſtante uſu cum certiſſimis ſecuturis effectibus firmæ atque integræ conſervari poſſint, ut, quod* CÆSARIS, CÆSARI, *& quod inde in* STATUS *derivatum eſſet*, STATIBUS *quoque illæſum & incolume relinqueretur.*

*Neque totum hoc laudis perenne Decus*, TUA REVERENDISSIME, & CELSISSIME PRIN-

CEPS, *incredibilis Sapientia, aut penetrantior omnium in omnibus acutiſſimæ mentis perſpicacia, aut ardentiſſimus nunquam Orbi ſatis celebrandus juſtitiæ amor duntaxat ſibi arrogant, ſed vendicat ſibi hujus Gloriæ partem ſane maximam innatus ille Avito cum Sanguine ſtudioſiſſimus Animi adfectus, ſuum cuique ad Oſnabrugenſium normam Tabularum adjudicandi.*

*Nolim hic Illuſtriſſimorum* MAJORUM TUORUM, *Quorum Decora in totius Europæ luce verſantur, infinitam prope modum ſeriem recenſere. Unum Illum inter glorioſos Æ-*

*vi*

*vi noſtri Faſtos perpetuo Victurum* ELECTOREM EMINENTISSIMUM & ARCHI-PRÆSULEM S. SEDIS MOGUNTINÆ JOANNEM PHILIPPUM MAGNUM REVERENDISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ PATRUUM *orbi revoco in memoriam, Cuius* PRINCIPIS *vera & immortali* NOMINE *digniſſima merita de publico Germaniæ vindicato Jure, & comparatis è Sanctione potiſſimum Weſtphalica emolumentis tanta ſunt, ut tenuem meam multis exſuperent paraſangis eloquentiam, immenſum profecto Annalium Volumen expletura. Quis*

*illud ignoret, quod in ore totius prædicatur Imperii, Eum e coelo veluti demiſſum Pacis Angelum fuiſſe, qui trepidis illis Avitæ Religionis rebus, ſævo graſſante belli late exæſtuantis furore, per introductam* ANNI DECRETORII *Cautionem funeſtæ profundendi ſanguinis libidini frena poſuit, & uti præſtantiſſimus* ADAMUS ADAMI *refert, cum neutra pars in Annum normalem certum convenirent,* MAGNUM COLLEGII AUGUSTI DECANUM *ſuo cum* Celeberrimo Cancellario REIGERSPERGERO *feliciſſimum extitiſſe Mediatorem.*

*Quan-*

*Quanta porro* ILLUSTRISSIMA SCHOENBORNIORUM DOMUS *in Patriam, & Caput Imperii Auguſtiſſimum mira fide, integritate, conſtantia contulerit, ſibique conlegerit merita, Univerſa Juris Publici Doctrina quot foliis, tot novis celebrat laudibus.* Hujus *enim oſtentant Famam confecta tam plurima eventu tam proſpero negotia, extollunt Sapientiſſimum Auctorem illum inſtituti ad uberrimum Germaniæ commodum fixique Deputationis Imperii dies, pertractata cum Cæſare negotia Pragenſia, celebratiſſima Comitia illa, & erecta A. 1654. Juſtitiæ norma, ma-*

 *turata*

*turata Unius arbitrio & opera Romanorum Regis Electio Auguſtana, adcurata cum ſummo Imperii, Reique noſtræ publicæ proventu Hiſpaniarum cum Galliis pax, compoſitæ de Wildfangiatus exortæ juribus lites, conceptum perpetuæ Capitulationis* Σύστημα, *gloriam Tanti* PRINCIPIS *nullo morituram ævo, quaſi totidem facundi, ac fœcundiſſimi Oratores ſuis præconiis abunde teſtantur. Erfurtum vero & ſtradamontana æternum de partis ſibi fructibus monumentum Archi-Epiſcopatui deprædicandum exhibent.*

In

*In hæc interim conjuncta cum communibus Patriæ ſuſpiriis vota preceſque venerabundus deſino, ut* TE, REVERENDISSIME & CELSISSIME PRINCEPS, *DEUS TEROPTUMUS MAXUMUS in Glorioſa, Meritis plena, Annorum gravi Senectute, Spiritum Illum Vitalem, quo tot ſubditorum vivunt millia, Superſtitem atque omni* PRINCIPALI *Incolumitate Soſpitem, quam diutisſime conſervet, donec* TE *florentiſſima Annorum proſperitate Saturatum pro Tuis Tot Tantiſque præſtitis Patriæ Saluberrimis Negotiis perennaturæ Gloriæ Corona donet,*

*in*

*in Cœleſtium Heroum Cœtu Æternum Victurum. Ita vovet & precatur*

REVERENDISSIMÆ
CELSITUDINIS
TUÆ

*Clientum, & Subditorum Infimus*
Joannes Georgius Ignatius Scheid,
Bambergenſis.

Ante omnia binis verbis B. L. præmonere neceſſarium duximus, ne Diſſertationem noſtram Syſtemati Eccleſiæ Catholicæ, ejusve principiis orthodoxis contrariari præmature judicet, ut potius ad finem uſque eam perlegat, quo facto demum cogniturus erit, quid velint conſectaria inter nos aliena; quo proprie illa omnia colliment, convictus tandem conjecturabit. Conſectaria noſtra e Syſtemate Proteſtantium ideo promanare fecimus, quoniam eorum dogmata ſub incudem vocandi animus erat, quare & ipſorum Syſtema præ oculis habere neceſſe erat.

## §. I.

Satis duram crucem fixit Interpretibus Pacificationis Weſtphalicæ. *§. 31. Art. V. I. P. W.*, & in querelis iis Proteſtantium, quas Gravamina Religionis nuncupant, adhuc inter Status diverſæ Religionis tantopere dubiius manſit, ut interpretatione avthentica perquam indigere videatur.

Verba ipſiſſima ita ſonant:

*Hoc tamen non obſtante Statuum Catholicorum Landſaſſii,*

*Vaſalli & Subditi cujuscunque generis, qui ſive publicum ſive privatum Auguſtanæ Confeſſionis Exercitium Anno 1624. quacunque Anni parte, ſive certo Pacto aut Privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola denique obſervantia dicti Anni habuerunt, retineant id etiam impoſterum una cum annexis, quatenus illa dicto Anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt, cujusmodi annexa habentur inſtitutio Conſiſtoriorum, Miniſteriorum, tam Scholaſticorum, quam Eccleſiaſticorum, Jus Patronatus aliaque ſimilia Jura, nec minus maneant in poſſeſſione omnium dicto tempore in poteſtate eorundem conſtitutorum Templorum, Fundationum, Monaſteriorum, Hoſpitalium cum omnibus pertinentiis, reditibus, & acceſſionibus. Et hæc omnia ſemper & ubique obſerventur eousque, donec de Religione Chriſtiana vel univerſaliter, vel inter Status immediatos, eorumque Subditos mutuo conſenſu aliter erit conventum, nec quisquam a quocunque ulla ratione aut via turbetur.*

## §. II.

Jus reformandi in regula Statibus Jure Territorii addictum eſt, quemadmodum id dilucide adſerit. §. 30. *Art. V. I. P. W. Statibus cum Jure Territorii & Superioritatis ex communi hactenus uſitata praxi Jus reformandi competat,* ad qualem fontem vero praxis hæc, in Pacificatione allegata, ſit originetenus referenda, illico explicatum dabimus.

Princeps, ex primis civitatis conditæ Regulis, quæ in ſalute Reipublicæ nituntur, ad id primario obligatur, ut in Republica ſua verior ſaniorque Religio floreat, quapropter, ne Reſpublicæ ſub ſpecie Religionis damnum incurrant, vel civitas

civitas ipſa denique diſtrahatur, curare debet, ut quæ intuitu Religionis Reipublicæ commodo vel incommodo ſint, neceſſario obſerventur, quoniam igitur perverſus hominum animus, ſi unquam noxiis opinionibus ſtudet, vel dum mens hominum in transverſum agitur, ſaluti Reipublicæ vix excogitandas moleſtias inferre valet, veram Religionem primarium Reipublicæ ſalutis fundamentum eſſe, eo ipſo pateſcit, cui ſedulo invigilat, ſi de modo reformandi meditatur Princeps. Reformare enim denotat, mutare in melius, tollere abuſus & noxia. Jus reformandi ipſum vero eſt Facultas eliminandi Sacra introducta, eorumque loco nova ſubſtituendi, niſi quatenus id Annus decretorius circumſcribat in Germania. Accipe aliud Fundamentum hujus Juris ex limpidiſſimis Juriſpublici univerſalis Principiis hauſtum, quod in praxi tenuit Germania noſtra, cujus eſt Regio, illius eſt Religio, non ſolum Praxis Imperii Jus reformandi in Paroemia illa deprædicavit, ſed & teſtis olim erat, MAURITIUS HASSIÆ LANDGRAVIUS in effato ſuo. *Die Freyheit in Religions-Sachen iſt der Stænde hœchſtes Regal* cum quo concordat Gallorum illud; Un Roy, une Loy, une Foy; Ex Territorii Jure igitur ſive Imperio Summo originetenus propullulare Jus reformandi ex hiſce claro clarius pateſcit. Quodſi igitur Annus normalis 1624. minus obſtat in facultate illa legitime exercenda, ſemper ad Jus Territorii, jubente id Inſtrumento Pacis audenter revertimur, & Statibus noſtris illud Jus intrepide aſſignamus, vi cujus alienæ Fidei aſſeclas merito ejiciunt, quoniam in limitatione Annus normalis ipſis nullum obſtaculum ponit, Jus reformandi regulam eſſe, Annum normalem verò exceptionem ad hæc ex obſervantia Imperii & nutu Conſtitutionum ejusdem ita derivabimus; Clauſula illa Rysvvicenſis ſat illuſtris, dum vim Anni decretorii reſtringere voluit, id ipſum teſtatur quod regulam Juris reformandi inde reſtauraverit & illam ipſam aſſeruerit; ita quidem, ut in iis terris Imperii, ubi Valor Clauſulæ ob Pacta recentiora attenditur, Dominus Territorii Semper ubique in regu-

la Juris reformandi conſtituatur, dum exceptio, in Pace Weſtphalica, per Annum normalem introducta, per Clauſulam Rysvvicenſem iterum exulet, qua Clauſula certè valde mutata eſt, conditio Religionis Proteſtantium in terris & locis numerum quingenarium ſuperantibus, Catalogum exhibet Illuſtr. MOSER *im vollſtændigen Bericht von der ſo berühmten als fatalen Clauſul Art. IV. Pac. Rysvv.*

## §. III.

Quoniam vero Civitates non primario propter Religionem introductæ ſunt, nec dici poteſt, quod Cives intuitu Religionis ſubmiſerint voluntatem ſuam Imperantis arbitrio Illuſtr. BOEHMER in Jure Publ. Univ. p. 454. exinde patet, licet Principi Inſpectionem generalem circa Sacra in Civitate ſuperius adſcribere minus dubitaverimus, id tamen monendum eſſe, per ea ipſi facultatem in conſcientias ſubditorum ſimul attribuere, nos non cogitaſſe.

Quotiescunque vero Status Religionis quicquam e ſecuritate publica participat, eædem regulæ Jurispublici univerſalis, uti antea diximus tanquam Leges originariæ civitatis conſtitutæ, id ſeriò inculcant, Principem debere circumſpicere, ut finis conſtituti cœtus Civilis minus pereat, quare igitur Princeps invigilet, ut nihil ſeditioſi in Republica doceatur, dogmata Quietem publicam turbantia prohibeantur, ne ſub obtentu Religionis conjurationes aliaque Reipublicæ damnoſa forte contingant, factum id ſepius eſſe, Vid. deſuper *Monathlichen Staats-Spiegel 1706. Novembr. p 20.22. in Sachen* SEBASTIAN EDZARDI, ejusmodi Exemplum ſeditionis experta eſt Lindavia, in qua Plebem excitavit adverſus Magiſtratum Eccleſiæ Miniſter M. ALEXIUS NEUCUMB, eandem Rebellionem nuperi Campidohi adverſus Magiſtratum movit ambitioſus & avarus Paſtor M. SCHALTER, adde plura è HOBBES.

*de Cive C. 13. § 8.* Quodſi igitur nemo Proteſtantium uti quidem certe ſcimus, Principi generatim ex his modo adductis exemplis ejus curam circa Sacra & Inſpectionem in Eccleſiam neceſſario ſuadentibus denegabit, ſub hac Inſpectione verò, ne turbæ à quocunque membro, ſub obtentu vitæ æternæ conſequendæ, excitentur, Jus circa Sacra intelligamus, evidenter concludimus, Jus circa Sacra Principi quà Imperanti, meritò ex limpidiſſimis Juris publici univerſalis Principiis inter ea attribui, nec ulli ſummo Imperio ex inde denegari.

## §. IV.

Jus igitur reformandi ex natura Civitatis & ex Inſtrumento P. W. cuilibet Statui Imperii in regula competit, Status controverſiæ verò, qui dubius adhuc videtur, ad id redit, quodſi neque Dominus Territorii, neque ſubditi diverſæ Religionis quaſi Poſſeſſionem Anni decretorii indicare, & probare poterunt, prò qua parte ex his duobus fortior militet præſumptio.

Quæſtio hæc, quæ multos eruditos hactenus in transverſum egit, primarium objectum elucubrationis noſtræ efficit; Non ignoramus, JConſultos Proteſtantium, Dominum Territorii tam ſtrictè Anno normali alligare, ut quicquid Juris in illo minus exercuerit, in illo exercendo, neque hodiè ipſi fundatam intentionem competere, Quandoquidem vero illa ipſa pacificatio Weſtphalica in Jure Territorii Jura Eccleſiaſtica territorialia poſuit, paciſcentium mens eadem erat, quæ in Principiis Jurispublici univerſalis, & natura Civitatis referuntur, quippe quæ anima Juris Territorialis meritò dicitur, hinc antea à nobis pro firma regula in hac lite Jurispublici allegata fuere, quoties igitur aliquis, qui neutrarum Partium eſt; valorem verborum iſtorum ritè expendit, *quatenus exercuiſſe probare poterunt*, nunquam aſſertum illud, ut

 opi-

opinamur, pro Domino Territorii præſumptionem fortiſſimè militare, in dubium vocabit, potius ita ſanam ac genuinam mentem Pacis eam ipſam conjecturabit, & indubiam pronunciabit. Omnem Territorii Dominum uti debere Jure reformandi & annexis eatenus, quatenus ſubditi nec debitè docent, ſe in Anno Decretorio eorum Jurium & exercitii fuiſſe, *ſpecietenus* capaces. Si enim unquam in Caſu Juris publici Particularis Partes dubii ſunt & ancipiti Deciſione, uti in noſtro caſu, premuntur, Deciſionem unicè ex Jure Communi, publicum Univerſale putamus, mutuandam eſſe, omnes eruditi cenſuere, quare igitur hæc interpretationis prima Principia modo deſeramus, vix capimus.

## §. V.

Dominum Territorii fundatam habere intentionem Juris reformandi, ex Præſumptione Juris Publici univerſalis munitum, ſubditos verò absque onere probandi, nec andiendos eſſe, nec advertenda eorum, querelarum genera ſub ſpecie Juſti adlata, id ſatis absque alio labore ſenſus formulæ *quatenus* probare poterunt, evincit.

Sententiæ noſtræ quin ipſi veritati publicæ accedit negotiorum publicorum & Judicii alacris experientiſſimus HENNIGES, pondere verborum convictus, *in Medit. ad Inſt. Pac. Spec. IV. p. 542. in not. Ibi*, hæc eſt inſignis limitatio ex adverbio *Quatenus* quod modum ſeu menſuram uſus ſive exercitii Religionis explicat, neque enim qui ſubditi Anno 1624. ſuæ Religionis exercitium aliquod habuere, eo deinceps pro arbitrio & ſine modo uti poſſunt, ſed eatenus ſaltem, quatenus Anno exercuere, vides igitur, vocabulum, quod Illuſtris Interpres alterius Religionis, contra nos alias in

in epicriſi valde acerbus, ſua animadverſione & elucidatione verè dignum judicavit, exceptionem ſiſtere, econtra præſumptionem pro Domino territorii, uti id & fecit Lex Pragmatica, pariter in ſe continere, deinde quam multa præjudicia Comitialia, ac Caſus Juris publici noſtri, toties quoties id ab omni dubio liberum dedere, Jus reformandi in regula competere Domino Territoriali, quod idem dictum eſt, ac eum ſemper pro ſe præſumptionem habere, tamdiu agere ex illa libertate Juris publici univerſalis, uſque tum Annus Decretorius efficiat exceptionem, ſive ſubditis ſuppeditet Jus excipiendi contra Jus alias quæſitum Domini ſui; Impræſentiarum enim illud argumentum ſtringens urgere amplius nobis liceat. Quodſi effectus regulativi Juris reformandi adhuc in viridi obſervantia vigent, cauſam primam ſive regulam Paciſcentibus deminuendi nunquam animum fuiſſe præſumptio adeſt, ſed potius id aſſerendum, exceptionem *in §.31.* factam, uti alibi ſic & hic regulam Juris ipſius firmare, poſito caſu. Succedere in Territorium Principi Lutheranæ Fidei Statum ſic dictum reformatum, nonne ex effectu Juris reformandi ipſi licet in regula, Concionatorem Aulicum ſuæ Religionis in Aula ſibi conſtituere & mandare quo Fides ſua, per illum ubicunque modo commoretur, prædicetur, item quodſi Civitas quædam novi Domini Territorialis Religioni eſſet addicta vel ſe modo addiceret, nonne poterit ipſi, ſumptibus quidem Civium, Templum adſcribere, ubi cultui proprio vacare ipſis licebit, hinc ipſum exercitium Religionis aſſignare, cuncta hæc, quin plura obtinet *Art. VII. Inſtr. P. W.* Objectionem illam, quam ſperamus, attamen nec tanti eſſe credimus, quod ſcilicet ab A. C. addictis inter ſe non valeat conſequentia ad Status Catholicos & Proteſtantes. Nobis enim ſufficiat, quod ſi vel ultrò concederemus, hæc exempla ex ſpeciali Lege, Perſonis ex illa Religione abſque extenſione ad aliam competere, hoc tamen nemo negabit, nos finem propoſitum ita attigiſſe, dum ab exemplis illis regulam Juris reformandi adſtruximus, & exceptionem in Anno Decretorio

latere

latere, ità ab effectu Juris dilucide probavimus, quibus in iisdem terminis adſtipulatur, Excell. Dominus PERTSCHIUS *in Element. Juris Canon. L. I. §. 45. n. 6.*

## §. VI.

Quoniam Paciſcentibus ea intentio ſalvis ſanæ rationis regulis nunquam obtrudi poteſt, ipſos ſcilicet crediſſe, concluſa Pace, nullas amplius inter diverſæ Religionis Status controverſias de Religione exoriri poſſe, explicationem verborum eorum, *Quatenus id probare poterunt*, modo ad tempus concluſæ Pacis nec ultra extendendam eſſe, ipſi Inſtrumento Pacis minus conformem eſſe, meritò arbitramur.

Eam tamen interpretationem placuit adferre Perilluſtri Autori *der Geſätzmäſſigen Vertheidigung der Frage, ob ein Catholiſcher Lands-Herr in Deutſchland die* Jurisdictonem Eccleſiaſticam *über die in ſeinem Land befindliche, der Augſpurgiſ.* Confeſſion *vervvandte Unterthanen zu* exerciren *befugt ſeye.* p. 118. in verbis *das* quatenus id probare poterunt *verſtehet ſich nur auf die Zeit des Friedens-Schluſſes, und die darauf erfolgte* Executionem, *allvvo ein jeder* Reſtituendus *ſeine in* Anno normali *gehabte* Poſſeſſion, *als die alleinige* Cynoſuram reſtitutionis *hat ervveiſen müſſen, vvann der* Reſtituent *ſolchen Vorgeben vviderſprochen hat.* Conſectaria hujus opinionis vere ea ſunt. Licet Paciſcentes ad tranquillandum Germaniæ, tot Religionis turbis immane quantum ſciſſum ſtatum, æternam Legem pepigerint, ex hac Opinione tamen illud firma conſequentia adſtruitur, vel ad breviſſimum Executionis Receſſus tempus reſpexiſſe Status tranſigentes, quibus illa ſequela accedit,

accedit, cujus ibi res non deciſa fuiſſet, quemadmodum id alias in Citationibus peremtoriis juſtum eſt, illi, quod ſane ſatis doleat, hodie Pacificatio nec ulli adjutorio, nec fundamento cedere debet, non aliter, quaſi cum receſſu Norimbergenſi Executionis iterum vis Inſtrumenti pacis, uti id ex dictis illis libere ſequitur, penitus expiraſſet eo modo, quo modo id forte fit, ſi res judicata executioni ſemel demandata fuit, quale ſimile quantopore claudicet, per ſe pateſcit. Quin ſequeretur porrò, & Annum normalem ultra illa tempora Executionis hodiernam normam Status & Poſſeſſionis litigantium, minus præbere, in contrarium ea eſt noſtra Opinio: Pacem Weſtphalicam & Annum normalem hodie adhuc Judices eſſe controverſiarum Religionis idque eo magis, cum ipſe §. ille tam dubius extet, ut adhuc ſub Judice lis ſit & tamdiu quidem illa diſpoſitio maneat onus ſubditorum usque dum amicabilis illa compoſitio, quæ illud Inſtrumentum taliter qualiter exulare jubebit, feliciter contingat. Neceſſaria igitur eſt conſequentia, ſæpius laudatum *§. 31. hoc tamen non obſtante*, in Quæſtione Dominum inter & ſubditos ſiſtere uſum modernum, nec ritè in caſu Quæſtionis ſilere, non enim deprehendimus illam ſequelam pro genuina. Pacificationi Weſtphalicæ ſubſecuta eſt executio Norica, E. §. 31. J. P. penitùs eſt ad impletus, nec amplius intuitu oneris probandi tangere debet ſubditos, quibus onus hoc, cum executionem facere placuit Statibus, eo ipſo impoſitum adhuc eſt, quoniam ſi ob executionem eſſent tuti, ſecure eam allegarent, ulterius dicta noſtra ita probabilia reddimus: Vocabulum quatenus eſt vox relativa, & ponit ſpecies exercitii, nec vero Genus vel regulam Jurisdictionis Eccleſiaſticæ comprehendere voluit, ut ille ipſe §. 31. teſtimonium de hoc aſſerto præſtat, dum ſpecies recenſet, in quibus, ſi probaverint ſua Jura ſubditi, tuti permaneant, qua opera ſpecialis recenſionis ſuperſedere potuiſſent Paciſcentes, ſi Jus circa Sacra in genere attribuere voluiſſent ſubditis, & Domini Imperium relinquere nudum. Ponamus igitur caſum illum, ſubditos præten-

dere Jus diſponendi circa Hoſpitalia, nonne nunc vigore hujus vocabuli *quatenus* Dominus Territorii tamdiu potius fundatur in Jure hoc ſibi competente usque dum Poſſeſſionem Anni decretorii ex ſua Parte probaverint, non obſtante, quod in Anno decretorio habuerint Exercitium Religionis publicum, Jus Patronatus &c. deſtituuntur enim eatenus hac ſpecie Juris, quæ proprie in Quæſtionem venit, quatenus probare non potuerunt ejusdem Poſſeſſionem.

## §. VII.

Urgent aliam objectionem, pro ſubditis præſumptionem ſtabilire volentem, quam in tam longa Domini Territorialis taciturnitate ponunt, quare igitur à poſſeſſione hodierna ad quaſi poſſeſſionem in Anno decretorio neceſſariam, probabiliter concludunt, hinc ob eam fictam præſumptionem, uti alias Juris, in Dominum Territorii onus probandi in lite coorta rejiciunt.

Præ aliis hanc opinionem aliquatenus palpabilem, uti ſcimus, primum tuitus eſt Illuſtr. Autor, *der Geſætzmæſſigen Vertheidigung* pag. 94. & 115. ibi. *vvenn ein Catholiſcher Lands-Herr niemahls einig* Jus in bona Eccleſiaſtica *ſolcher Unterthanen ausgeübet, ſondern* I.) *die* adminiſtratio diſpoſitio & gubernatio rerum & bonorum Eccleſiæ tam mobilium quam immobilium *einig und allein von denen Unterthanen ohne das im geringſten die Weltliche Lands-Obrigkeit ſich darein gemiſchet hætte, beſorget, folglich von der Obrigkeit vveder einige* Oeconomi *oder* adminiſtratores *und dergleichen beſtellet, noch Rechnungen von ihnen gefordert, oder vvegen derer von ihnen* ſuper rebus

rebus Eccleſiæ *getroffenen Handlungen die geringſte Nachfrage gehalten, ſondern alles dieſes denen* proteſtantiſchen *Unterthanen, als einer zvvar in* Civitate *befindlichen, jedoch* ab Imperio civili hactenus derelinquirten Commun *zu beſorgen, und zu vervvalten frey gelaſſen, vvann ferner* II.) *ſich einiger* Proviſion circa pia loca, Domus Religioſas *Hoſpitæler und dergleichen, niemahlen bis hiehero unterzogen, ſondern die* proteſtirende *Unterthanen mit deren Aufſicht, Vervvaltung, Handlung, Veræuſerung, je und alle Weeg nach eigenen Gutbefinden verfahren haben. Wenn nicht minder* III.) *der Weltliche Lands-Herr ſich niemahlen um Beſtellung der Schulen bekümmert, ſondern die* proteſtirende *Unterthanen ſolche nach eigenen Gefallen und Willkühr beſorget haben. Wenn* IV. *der Lands-Herr zu keiner Zeit deſſen vvas* ad Jurisdictionem Eccleſiaſticam in ſpecie ſic dictam *ordentlicher Weis gerechnet vvird, ſich unterzogen,* circa con- & deſtitutionem, exceſſus & delicta, *ſo viel in das Kirchen-Weeſen einſchlaget, niemahls etvvas geordnet, noch* diſponirt, *ſondern die Unterthanen ſolches alles bishero entvveder vor ſich geübet, oder doch deshalber in* immunitate *ſich befunden haben. Wenn ebenmæſſig derſelbe* V. *in allerley vorgekommenen* S. Eccleſiaſticis *vveder* cognoſciret, *noch* judicirt *hat, ſondern alles dieſes die* proteſtirenden *Unterthanen entvveder ſelbſt, von einer ſolchen Zeit her,* de cujus initio non conſtat *ausgeübt und* exerciret, *oder vvenigſtens darinnen vveder eine Weltliche noch Geiſtliche Catholiſche Herrſchafft erkannt, mithin ſich in* libertate perpetua *befunden haben, vvie kan dann nun geſagt vverden, das die* Præſumptio in Regula *vor den*

*Lands-Herrn* verſire, *ſoll dann nun denen* ſubditis *ſolches Recht und* Immunitæt *blos um des villen anjetzo erſt in Zvveifel gezogen, und ſie bey deſſen Verluſt zum Bevveis von neuen auch gefordert vverden, vveil die* Clauſula in Inſtrumento Pacis *ſtehet*, Retineant ea ſubditi, quatenus in Anno decretorio exercita fuiſſe probare poterunt. *Da der Lands-Herr bey der* Executione Pacis *ſtille geſchvviegen auch über 60. Jahr lang* ab Executa Pace *an dergleichen* Jura *nicht einmahl gedacht, noch ſolche verlangt, oder geübet hat, ſondern alles und jedes vor eine* per Inſtrumentum Pacis *abgethane und ausgemachte Sache gehalten und in ſolcher Maas* a ſubditis poſſedirt *und geübet vvorden.* Fatemur merito Illuſtrem Auctorem magna ingenii vi & eruditione in hiſce cogitaſſe, ita ut ſpeciem veritatis præſeferre hæc dicta meritò ab initio videantur. Aſt cum conſectaria hæc ex inadæquato, nec vero principio deduxerit, illa ipſa nec veritati infallibiliter congrua apparere poterunt, ſed aliqua perſcrutatione facta, non tam firma manebunt. Notiſſimum eſt, Status Imperii a turbis Religionis adeo defatigati, propterea Annum normalem excogitaſſe, ut æterna regula inde adſit, unde levato velo & de plano cum remotione Apicum Juris controverſiæ Religionis illico definirentur, dicitur inde Annus decretorius: *Die Haupt-Richt-Schnur des auſerlichen Rubeſtandes der Religions-Ubung in Deutſchland, und derer damit verknüpfften Rechte und Befugniſſe.* Jubet ulterius Pax Weſtphalica, ut in determinandis controverſiis ad nudum factum Poſſeſſionis reſpiciatur, ut neque de Poſſeſſione Civili quæratur, nulla res verò, quæ quæſtionem petitorii pro objecto habet, amplius per modum litis audiatur. Quodſi igitur ad factum nudum Poſſeſſionis Anni normalis in controverſiis de Jurisdictione Eccleſiaſtica Dominum Territorii

 inter

inter & ſubditos Proteſtantes motas, unice reſpiciendum eſt, vides, omnia illa operoſe congeſta nihil prodeſſe ſubditis, quæ vage expoſuit in recenſitis articulis Perilluſtr. Auctor, intentionem neque Tanti Viri pacificationi & ſtabilitæ legi, Imperii conformem apparere. Et quoniam omnes illi articuli, quos ex Deductione ipſa verbotenus extraximus, ad petitorium apertiſſime inclinant, & ſimul ſubditos inſtigant, agenti Domino Territorii, vel potius Jure ſuo in regula utenti, opponere exceptionem præſcriptionis, uti illud ex Art. I. & ex verbis illis ita liquet, *ab Imperio civili hactenus derelinguirten Commun*, & in fine ex verbis, *de cujus initio conſtat*, vides, illa Principia manare ex Principio, a Pace Weſtphalica reprobato, & petitorio proceſſui proprio, vel ipſum Annum normalem deſtruente: deinde porro contra adlata monemus, in dictis Domini Auctoris adeſſe præſuppoſita, quæ petitionem Principii ſapiunt. E. g. *Der Lands Herr habe dergleichen* Jura *vor eine im* Inſtrumento Pacis *abgethane, und ausgemachte Sache gehalten*, cum tamen deſuper controverſia cooriatur, & D.D. de dubio §. ſenſu adhuc hodie querantur, quem tamen ex ſua opinione hic loci deciſum, & univerſaliter adprobatum pronunciat, deinde quomodo res in Inſtrumento Pacis deciſa, poteſt dici ea queſtio, cum nondum ad Inſtrumentum illud prorſus ſit qualificata, quoniam ſubditi cum tempore & Jure ſuo Annum normalem ex propria Confeſſione non attingunt, ſed in longiſſima Poſſeſſione & præſcriptionis Jure ſeſe fundant.

## §. IIX.

Ergo hæc ſub æquitatis involucro adlata monita ſubditis nil opitulantur, quaſi longævus temporis, quin ad ſeptuaginta annos extenſus temporis decurſus, ſubditos ab onere probandi liberare poſſet.

Durum admodum videtur, non attendi tempus ſeptuaginta Annorum, ſed quidinde, ſufficit nobis, quod nec de illo incommodo curaverit Pax Weſtphalica, licet ita quidem grave videatur ſubditis, tamen Juris eſt, & imputandum Pacificatoribus, qui præciſe onus probandi ad Annum decretorium, nec ad præſcriptionem adſtringunt. Nullus alius terminus a Domino Territorii attendendus, Fac, ſubditos in Anno 1625. fuiſſe in poſſeſſione omnium eorum Jurium, quæ ſupra recenſere Perilluſtri Autori quidem placuit, aſt vix credimus. quod ex ea poſſeſſione, vel ex ſexagenario exercitio illis Patrocinium præſtare velit, vel illam poſſeſſionem Anni 1625. quicquam proficere aſſerat, cum tamen ſpacium unici Anni, hinc fere nihil differre videatur. Quod tamen omne hoc negotium revera dirimit. Adde, Dominum Autorem in Diſcurſu nimis generaliter locutum fuiſſe, nos, nobis quidem perſuademus, Principem Proteſtantem olim in Regimine ſuo parum curaſſe, an ſubditi ſuæ Religionis ab Anno decretorio uſque, vel alio tempore Conſiſtorium taliter qualiter inſtituerint, an rationes de Reditibus Eccleſiaſticis reddiderint nec ne, quoniam Directorium ipſi ex Summo Imperio nunquam denegarant exercentes, ſed cum forte in Territorium Auguſtanæ Confeſſionis Princeps Catholicus ſuccedit, linea alterius Fidei extincta, multa ſane coincidunt, quæ efficiunt, ut quæſtionem præjudicialem ſubditis movere liceat, de quibus ob unitatem Fidei Domini & ſubditorum nunquam cogitavit priſtina imperantium ſucceſſio. Ponimus, fuiſſe in Anno decretorio ſubditis Proteſtantibus Conſiſtorium proprium, nonne adhuc ſupereſt quæſtio, an Dominus Territorii Director illius Judicii fuerit, an ſubditi proprio Jure illud habuerint, de quo ſi urget probationem Dominus, quis ab illa liberos dixerit ſubditos, aut confiteatur, caſu contrario eos illud ex arbitrio retinere non poſſe. Nec urgebit aliquis, forſitan prorſus ad Catholicum Succeſſorem non pertinere quæſtionem, an Conſiſtorio præfuerit dirigendo Princeps A. C. addictus & Anteceſſor, dum Catholicum

Succeſ-

Succeſſorem Annus decretorius abſtinere jubeat, aſt quoniam in tam arctos Cancellos effectus Anni decretorii redigere ſine abſurdo non licebit, objectionem nec magni ponderis eſſe exinde patefit, dabimus enim eam notabilem Inſtantiam, ſi Princeps Sacris Proteſtantium addictus in Anno decretorio præfuit Conſiſtorio vel univerſæ Jurisdictioni Eccleſiaſticæ, E. Catholico Succeſſori ab ea abſtinendum eſſet, ſi huic argumento calculum adjicimus, illa abſona ſequela etiam vires nanciſceretur. In Anno decretorio Saxo & Palatinus addicti erant A. C., & votum in Comitiis a Proteſtante Domino Territorii datum fuit, E. neque in Collegio Electorali hodie Palatinus aliter, ac in illo Anno critico votum ferre poterit: Attentione ſua digna eſt hæc obſervatio, uti votum eſt indubium annexum Territorii, ita vigore Pacis Jurisdictio Eccleſiaſtica, cum vero in ea ſpecie Juris Territorialis abſque abſurdo non excludatur, ergo nec a parili. Quoties ſimul ad formalia illa *probare poterunt*, accurata mente attendimus, ſenſus vocabulorum eorum caſum & valorem ad futurum eventum, neſcio quem, evidenter differt, nec ita pure decidit, ut quaſi concluſa Pace, ſubditi Juri & obligationi ſuæ ſatisfecerint, jubent regulæ interpretationis ſanæ, caſum ſubditorum probationis in ſecula etiam prorogare, cum hæc mens fuerit indubia paciſcentium, hactenus forſan lubenter non intellecta. Quemque enim ſecundum eas notiones interpretari debemus, quæ menti ejus inhæſere, ubi eum intelligere, nec ſenſum alienum affingere volumus. Illuſt. Cancell. WOLFF. *de Notione Juris N. G. & Civ. §. 6.* Alienus ſenſus, qui vere affingeretur paciſcentibus, in eo ſeſe dilucide exſerit. *Art. V. §. 31.* plane eſſet, ſi aliter ſentiremus, de ſuperfluo, nec hodie exiguæ utilitatis. Argumentum hoc in eo ſubſiſtit. In illo, juxta Terminum *quatenus probare poterunt*, jubentur ſubditi ire ad ſpecies exercitii Religionis, non enim ſufficere affirmat. §. ille, toties quoties allegatus, illos fuiſſe in poſſeſſione exercitii Religionis publici; E.

invalida

in valida ſimul præſumptione petere ſubditos omnes Juris circa Sacra effectus, dicteria hæc non ſequi, ſana ratio dictitat. Quodſi igitur Dominus Territorii minus, econtra ſubditus probare debet, hinc §. id in ore habet, quod in cunctis nondum probatis Imperans fundatam habeat intentionem exercendi, & licet Domino Autori deductionis illius, ob inſignem eruditionem commendabilis, ultro largiamur, per Receſſum Executionis tutum eſſe ſubditum id ſolitarie ita concedendum eſt, in hac vel illa ſpecie, quæ nunc in controverſiam minus venit, aſt non etiam quoad cæteras, quas multas comprehendit Jurisdictio Eccleſiaſtica extra onus probandi verſatur, ea quidem de cauſa, quoniam hæc lis primum reſuſcitata eſt, dum antea nunquam fuit mota deſuper Quæſtio: E. nec tempore executionis Pacis deciſa erit. Licebit igitur hodie Domino inquirere in plures effectus Juris circa Sacra, de quibus ob tenebroſa tempora ſcientiæ Juris publici non cogitabant Interpretes, & multos modos reperies, quibus omnibus objectionibus non obſtantibus, quin hodie, non excutere valebunt onus probationis ſubditi, toties quoties neceſſarium, & Paci Weſtphalicæ conveniens. Quæ modo in medium protulimus, ſunt Pomum-Eridos Gravaminum Religionis, ita ut Status & ſubditi non de toto, ſed de partibus noviter detectis, & ut effectus e Jure reformandi promanantibus in litem vocentur, id quod praxis Comitialis aperte teſtatur.

## §. IX.

Multum intereſt in Jure publico noſtro R. G. ſic dictos Reformatos incluſos eſſe Paci Weſtphalicæ vel minus, quodſi enim non eſſent incluſi, gaudet Succeſſor Catholicus Jure reformandi illimitato, ſed cum de eo nos neque dubitemus, neque contrario adſtipulemur, communi ſententiæ lubenter accedimus.

Uſus

Uſus hujus obſervationis in ſuperiori Seculo contigit, dum Reformati Bentheimenſes incluſionem Pacis Anno 1694. contra Comitem & Dominum ſuum ARNOLDUM MAURITIUM WILHELMUM in puncto Religionis urgerent. Conf clauſulam concernentem apud LUNIGIUM *im Reichs - Archiv. Part. Spec. Cont. unter Grafen und Herren* p. 15. *Sintemalen denn auch 5tens Kraft ausdrücklicher Diſpoſition* Inſtrum. Pac. Art. 5. §. Jus Diœceſanum 48. *die ganze Pæbſtliche Jurisdiction* cum omnibus ſuis ſpeciebus *gegen die der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethane Unterthanen (vvorunter dann* in ſpecie *die Reformirten vermœge* Art. VII. Inſtrum. P. *mit gehören* ſuſpendiret. Licet Reformati cum Lutheranis in Comitiis notoriè Corpus, ab ipſis dictum Evangelicorum efficiant, attamen hinc inde legitur, unionem illam illis ipſis nec ex omni parte beatam videri, alii incluſionem adſerunt Proteſtantes, alii quidem negant. Conf. HENNIGES. *medit. ad J. P. Spec. p. 816.* PFANNER. *hiſtor. Pacis Weſtphalicæ L. V. §. 48.* RHETIUS *de Auctor. Jur. Canon. inter Proteſt.* Ad hæc Lutherani ſimul monent, ſtylum Curiæ & Imperialem, qui Juxta *Capitulat. CAROLI VI. Art. I. II. & III.* indubiè Reformatos includit, non implicare, eos ſecundum Hiſtoriam Imperii, vel in ſenſu Theologico veros eſſe A. C. Socios, ita WERNSDORFF *in Diſſert.* quod Reformati non ſint Socii Auguſt: Confeſſionis 1722. CYPRIANS *Unterricht von der Kirchlichen Vereinigung derer Proteſtanten C. 8. §. 3.* ex quibus & inſertis Actis publicis apertiſſimè evincitur, nunquam illos pro Sociis fuiſſe agnitos. Ipſi Lutherani verò ulterius procedunt, diſtinctos A. C. Socios dari ex ipſiſſimis Legibus Imp. Pragmaticis depingere ſtudent. Ita enim Legibus conformem diſſimilitudinem *ex §. 1. Art. VII.* elucere dicunt, eamque ex illis verbis *inter ſe Duas Partes conſtituant*, fundatur verò ſciſſio ea

in diſtinctione illa famoſa, dum A. Confeſſio dividitur invariatam & invariatam, quam Philippus Melanchthon nimio ac intempeſtivo Pacis ſtudio interpolaſſe dicitur, ſtrenuos eſſe in hac ſententia & difformitate Proteſtantes, ſatis apparet ex LOESCHERI Hiſtoria Motuum *zwiſchen den Evangeliſch-Lutheriſch- und Reformirten* L. I. C. 7. §. 9. add. HOFFMANN *in der gründlichen Vorſtellung derer Religions-Beſchwerden* C. 1. §. 16. p. 43. *Cel.* ESTOR. *delin. Jurispubl. Eccleſ. Prot. p. 12. & 14.* Jure talionis igitur in contrarium utuntur Reformati contra Lutheranos ubi pari modo ſocietatem eorum & unionem reſpuunt, Vid. *den Franckfurthiſchen Mercur. T. 17. pag. 725. add. Bibliothec. Bremenſ. Claſſ. 5. Faſc. 6. pag. 1088.* cum quibus concordant Litteræ Statuum confœderati BELGII *ad Civitatem Hamburg. 6. Jun. 1722.* exaratæ.

## §. X.

Competente itaque in regula Domino Territoriali Jure Reformandi, ſi abſque probatione nudus exiſtit ſubditus, beneficium emigrandi ipſi ex Inſtrum. Pac. & §. dicto adſeritur, quod neceſſitatis eſſe ex ipſo Jure publico univerſali patefit.

Quodſi emigrationem voluntatis eſſe adſerunt quidam interpretes Juris publici, neſcimus, cui uſui ſit Jus Reformandi ex utilitate publica & Inſtrumento Pacis. *Art. V.* §. *36.* in claris verbis principi conceſſum, *ibi aut à Domino juſſus fuerit*, emigratio enim ea cum per ſe pœnam non conſtituat, neque relegationem involvat, ſed ſaltem comparativè & reſpectu majoris mali evitandi beneficium dicatur. BUCKISCH *ad Inſtr. Pac. Weſtphal. Art. V. Obſ 82.* non habent

habent emigrandi, quid querantur. Quodſi enim alia Juſta expellendi cauſa in ſubdito emigrando de præſenti deberet adeſſe, Relegatio per ſe locum obtineret, quare ipſi, ut bona ſua commodè vendere poſſit in vim beneficii conceſſit Pax Weſtphalica, ac ita ne nimis celeriter vel intempeſtivè expellatur, unica pacificationis mens erat. HENNIGES, *medit. ad Iuſtr. P. Art. V. §. 36. p. 623. ſqq.* BOEHMER, *Jur. Eccl. Prot. L. I. Tit. 1. §. 89.* BECK *Diſſ.* de eo, quod Juſtum eſt circa emigrat: civium Relig. cauſa factam *§. 27. ſqq.*

## §. XI.

Jus circa Sacra & Jus Reformandi pro Synonimis habent quamplurimi JConſulti magni nominis Proteſtantium, & igitur, dum quidam alii, ubi Perilluſtrem Cancellarium BOEHMERUM *in Conſult. P. 1. p. 180. ſq.* tanquam unum pro omnibus nominaſſe ſufficiat, contrarium amplectantur, res hæc diſſenſui Interpretum adhucdum ſubjecta eſt.

Ità affirmativam & ſynonimicum ſenſum tuentur. HILDEBRAND. *de Anno decretorio p. 58. & 59.* GUNDLINGIUS, qui Jus Reformandi deſcribit tanquam inſpectionem in Statum Eccleſiæ *in dem Diſcurs über den Weſtphæliſchen Frieden*, ita THOMASIUS *in tr. vom Recht eines Fürſten in Theologiſchen Strittigkeiten* p. 92. *das vornehmſte* Regal *das einem Fürſten* circa Sacra *zukommt iſt das Recht die Diſſentirende zu toleriren ſq. add.* KEMMERICH, *in Diſſ. de Jure Principis circa dogmata Fidei. p. 50.* Jus tolerandi Diſſentientes effectus eſt Judicii illius deciſivi, quod ſuperius Principi vindicavi, vi cujus is, quænam dogmata, fidei libere in Republica profiteri ac docere liceat, decernit.

## §. XII.

Quodſi tamen rem ex Principiis Juris publici Univerſalis & juxta Naturam Juris circa Sacra expendimus, hoc à Jure reformandi differre tanquam genus à ſpecie, verum eſt.

Ita juxta definitionem §. 2. datam, in Jure reformandi Dominus Territorii Jus nactus eſt, diſſidentes in Religione expellere, Templa & Scholas eorum una cum reditibus ſibi attribuere, vel alii fini dicare, dicunt alias, cum Jus circa Sacra conſervationem Cœtus Eccleſiaſtici intendat, Jus reformandi vero eundem Cœtum diſpellat, hæc duo inter ſe maximo opere difformia eſſe. Liceat nobis verba Illuſtr. Autoris *der Geſæz-mæſſigen Vertheidigung* p. 107. inſerere, & epicriſin noſtram qualem qualem addere. Ibi, *Gleichvvie nach Ausvveiſs der Kirchen - Hiſtorie, das Geiſtliche Regiment, vvie es in ſeiner æuſſerlichen Verfaſſung ſtehet*, ad Exemplum *derer Weltlichen Staaten eingerichtet, mithin auch in ſelbigem ein ſichtbares æuſſerliches Oberhaupt, demſelben allerhand* Officiales, & Miniſteriales ſubordiniret, *und ihnen eigene* Territoria *zugubernieren*, aſſigniret *vvorden, alſo hat man auch unter dem Namen des* Legis Diœceſanæ, vel Juris Diœceſani *alles dasjenige Recht über die æuſſerliche Kirche zuſammen gefaſſet, vvas ſonſten unter dem Titul des* Juris Territorialis quoad Politica, *oder im Weltlichen Staat verſtanden vvird, ſo daſs man nichts unſchickliches begehet, vvenn man das* Jus Diœceſanum *ein Geiſtliches* Territorial - *Recht nennet, vveil der* Diœceſanus *eben vvie ein* Territorial - *Herr, ſovveit ſich ſein Gebieth erſtrecket, über die darinnen befindlichen*

*Perſonen*, *und Sachen* velut in Subditos Spirituales ſibi ſubjectos, *alle Obrigkeitliche Gevvalt*, *vvelche* ſub Prætextu *der* Spiritualitæt *oft gar vveit erſtrecket*, *vvird ausüben.* Verba hæc Illuſtr. Autoris non putant Jus Diœceſanum ex mente Juris Canonici tale, quoniam ad ſolos Status & Subditos Catholicos pertinet, qui Diœceſani ſeu Epiſcopi Sacro Imperio Provincias ſuas addictas volunt. Jus Diœceſanum ergo nihil aliud ſignificat, quam Eccleſiam, cui Epiſcopus præeſt, per Excellentiam autem ille Diſtrictus Diœceſis appellatur, cui multæ Provinciæ addictæ, & ſub unius Regimine Eccleſiaſtico conſtitutæ fuerunt, varias provincias Eccleſiaſticas ad Diœceſin pertinere, jam Synodus Nicæna confirmavit. Vid. *Concil. Nicæn. C. 5. & 6.* Sicuti igitur Jus Diœceſanum Territorio certo non inhærebat, cum id tamen Perilluſtr. Autor voluerit, ibi: *Sovveit ſich ſein Gebieth erſtrecket*, ita de Jurisdictione Epiſcopi Eceſiaſtica eum non ediſſeruiſſe, exinde patet, cum Jus Diœceſanum, *nicht vvie eines* Territorial- *Herrn Recht auf ſein Gebieth erſtrecket*, ſed in alia Territoria ſeſe inſinuat, quodſi vero Jus circa Sacra, tanquam Jus Majeſtaticum conſiderat, uti & verba ipſius & Pax Weſtphalica ex Jure Territorii id delineare conſuevit, Jus circa Sacra tandem ad Statum naturalem & univerſalem publicum ex hujusmodi Principiis eſt præciſe reducendum, abſtrahendo ab illis Principiis, quod Eccleſia ſit Reſpublica, Jurisdictio ea circa Sacra in Jure publico Eccleſiaſtico cuique Principi adplicabilis, qui Summum Pontificem neſcit, eſt unice reperienda; Quemadmodum id vero in Statu naturali & domeſtico, ceu qui originem dedere Civitatibus, optimè concipi poteſt, ſuppeditavit CONRINGIUS *in Diſſert.* „ de Majeſtatis Ci-
„ vilis auctoritate & officio circa Sacra ibi ex ſu-
„ pra adlatis jamdum eſt manifeſtum, & civili-

„ proprie dictæ & herili Majeſtati per ſe ſe compe-
„ tere, id omne ſine quo ſcopus rerum publica-
„ rum non poteſt obtineri, impoſſibile autem
„ eſt, ut vel vera feiicitas civilis vel dominatus
„ poſſit comparari, citra poteſtatem in Religio-
„ nis negotia, ipſumque cultum divinum pro-
„ inde non poteſt non patere, quod Majeſtas o-
„ mnis civilis ſive herilis per ſe & ex natura ſua
„ habeat ſummam Poteſtatem circa Cultum Sa-
„ crum, quantum illa ab homine exerceri poteſt;

Quodſi vero ejusmodi Principia in publicum emittimus, nil magis exinde probamus, quam quod Religio naturalis ſi ita compellare velimus, circumſpectioni Principis ſubjiciatur, quod eſt argumentum, quare Epiſcopi Jus Diœceſanum, vel ex Conciliis œconomicis, vel ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, vel denique ſi et inſpectio imperanti competierit, tanquam plane aliud ex Jure Ordinis & Sacramentorum adminiſtratione addictum Jus, relinguere nolebant. Ex his ergo, & ex Principiis Juris publici univerſalis, quæ ſectantur illi Interpretes, illud unicum modo ſequitur ſoli imperanti competere Jus circa Sacra. Hinc paradoxon audit, quoties extra ſtatutum ſpeciale Pacis Weſtphalicæ & Anni normalis ſubditis illud abſque ullo fundamento Juris attribuitur, cum in ſuis Principiis ſupra adductis nec Dominus Autor deductionis id concedere videatur, ſed ubique ad Jus Majeſtaticum provocet, nec ex ipſa natura rei poſſibile evadit, ſed in omnium ore illud verum eſt. Jus circa Sacra ad exemplum Juris Territorialis venire conſidedum, Verum ejusmodi exercitium ſubditi pro Jure ſuo allegare nequeunt, dum in ipſos plane nulla ſpecies Juris ſummi, niſi per pacta reſervata cadit, quæ dum facti ſunt, probatione indigent; iterum verum conſectarium adeſt, præſumptionem eſſe ubique pro Domino militantem, nec

ſi docea-

ſi doceatur vel ex Juris publici traditis exceptio, quam in Pacto reſervativo quærimus, ſubditus de eo Jure nec cogitare, quin ſibi adſerere debet.

## §. XIII.

Aliter tamen res ex diſpoſitione Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ comparata eſt, quippe quod juxta inferius deducenda Jus circa Sacra, & Jus reformandi omnino pro ſynonimis arbitratum eſt.

Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ Jura Principis circa Religionem unice e Territorio promanare, hinc inde aſſeruit, ſed nullo certo nomine econtra varia formula ea deſignandi uſum eſt, modo enim illa Eccleſiaſtica, ſub vocabulo Juris reformandi, modo Juris Diœceſani, Jurisdictionis Eccleſiaſticæ &c. comprehenduntur, uti id ulterius probant. *Art. V. §. 29. Art. V. §. 30 39. 42. 44. 48 Art. VII.* ex qua Veritate illam ſequelam obtinemus, ſufficere id Domino Territorii, quod è Pace Weſtphalica effectu Juris Territorialis Jus circa Religionem exercere valeat, ſive id Jus Reformandi, ſive Jus circa Sacra nominare velit, cum ipſa Pax id in ſuo contextu fecerit & ita imitari illam optimo Jure licebit, qualem igitur Differentiam Juris Reformandi & Juris circa Sacra urges, eas tamen omnes non attendit unica norma decidendi controverſias, puta ipſum Inſtrumentum Pacis, ex cujus Analogia id patet, Legem illam, utrumque Jus indiſſolubili nexu Majeſtati vel ſuperioritati Territoriali cohærere, pronunciaſſe, nec obſtant, quæ habet Illuſtr. Autor *der Geſætzmæſſigen Vertheidigung* p. 110. *ferner vvurde folgen, das denen Geiſtlichen Stænden das* Jus Sacrorum *in §. 30.* ex Jure Territoriali *vvære gegeben, hingegen in §. 48. eben daſſelbe* ex Jure Epiſcopali *ihnen vvieder genommen, ja ihnen gar ſothanes* Jus Sacrorum

crorum *aus einen ſolchen* Fundament attribuiret *vvorden, vvelches ſie ſelbſt niemahls vor gemein erkennet haben, geſtalten die* Epiſcopi *die* Jurisdictionem Eccleſiaſticam *durchaus nicht vor einem* effectum ſuperioritatis Territorialis *halten, vvie es doch nach denen vvahren* Principiis *ohnſtreitig iſt*, ſed optimè Autor ex ſe ipſo declaratur, & quomodo hæc verba ſalva Pace Weſtphalica è noſtra intentione intelligi debeant, ita explicat. Ded. Cit. p. 114. *die Biſchöffe* qua tales dedueiren *ihr* Jus Diœceſanum & Jurisdictionem Eccleſiaſticam *nicht aus dem* Jure Territorii, *in vvelcher Maas ſie auh ſolches nicht nach denen Weltlichen* Territoriis *einſchræncken, ſondern ſovveit ihre* Diœceſen *gehen, ſelbiges* exerciren, *auſſer das alle ihre Gevvalt in* Territoriis Statuum Proteſtantium *nach den Friedens-Schluſs* ſuſpendirt, *oder vielmehr ob* moralem Impoſſibilitatem compoſitionis Religionis *gar aufgehoben vvorden iſt, hingegen das* Jus Reformandi *haben ſie gleich anderen Staaten*, qua *Landes Herrn in ihren* Territoriis *auszuüben, vvozu ſie dann vveiter keiner fremden Obrigkeitlichen Hülffe, und* Aſſiſtenz *gebrauchen, da ſie neben den Geiſtlichen Hirten-Staab, zugleich auch den Degen führen, aus dieſen erlæutert ſich zugleich, das die in dem* Art. VIII. §. 1. *befindliche* Expreſſion Liberum Juris Territorialis, tàm in Eccleſiaſticis, quam Politicis Exercitium *ebenfals keinen anderen* Senſum, *als daſs* Jus Reformandi *haben, vvie es bisher iſt* explicirt *vvorden*, i. e. *daſs es das bloſſe* Brachium ſeculare *bedeute, Maſſen die Catholiſche Biſchöffe vveder* tempore Pacis Weſtphalicæ *noch ſeithero* ſtatuiret *haben, daſs das* Jus Diœceſanum

*ein*

*ein* Effectus, *oder* Dependenz *vom* Jure Territoriali *vvære*, *dahero iſt es unmöglich, daſs unter dieſer* Formula loquendi *denen Catholiſch Weltlichen Herrn ein mehrers* Jus Sacrorum *eingeraumt vvorden vvære*, *als vorhero ſchon in* Art. V. §. 30. *als dem rechten Sitz der* Materie *iſt* determinir*t vvorden.* Principia, quæ hic attulit in Veritate apparenter conſiſtunt, dolemus igitur, quod ità quoque ſe habeant conſectaria, uti ſequentia indicant. Epiſcopatus aliquis ex prima erectione, erat Poteſtas ſpiritualis à Chriſto Eccleſiæ a ſe fundatæ concredita, Jus Diœceſanum igitur ad Diſtrictum referebatur, in quo plures Eccleſiæ Parochiales cœtum Fidelium ad æternam Salutem & Dogmata ſalvatoris inſtruebant, & ſub unius Regimine Eccleſiaſtico conſtitutæ fuerant, hoc Jus non poterat pro Effectu Territorii ſecularis tradi, quoniam objectum erat via ad vitam æternam, primarius Effectus erat Poteſtas Ordinis & Sacramentorum Adminiſtratio, quæ ex Principiis Religionis, æque ac Juris Canonici nullo ſeculari attribui unquam poterant, quoniam verò Princeps ex Jure Majeſtatico curam Religionis certo ſenſu ferre debet, quod in Pace ſuperioritati Territoriali adpropriarunt Status, Principes Imperii à Sacris Catholicorum recedentes, Jure poſtliminii, ùt ipſi ajunt, Jus circa Sacra ſibi ex Jure Majeſtatico competens & Territorio adhærens, ita quidem recepere, quod antea ex Religionis noſtræ Principiis Diœceſano unice reliquerant. Factum eſt inde in Pace Weſtphalica illud, ut Jus Diœceſanum fuerit ſuſpenſum, quippe quo minus amplius opus erat, cum non ſequerentur amplius Epiſcopi dogmata, quare nec Jura ordinis uſui erant, vel Diœceſis, rebus ſic ſtantibus, concipi poterat. Ergo Jus circa Sacra Majeſtaticum antea Diœceſano relictum, rurſus Principi ex ſuperiori principio ceſſum fuit, quod unanimi ore ex Territorio promanat, cum igitur Dominus Autor Principi Eccleſiaſtico Jus Territoriale minime deneget, Jus circa Sacra

vero *univerſis* Principibus in verbis illis Art. VIII. §. 1. *Liberum Juris Territorialis tam in Eccleſ. quam Politicis Exercitium,* vigore ſuperioritatis Territorialis conſtitutum fuit, Vides Principi ſeculari nullum eſſe Juris circa Sacra Fundamentum, ſi nec illud & Epiſcopo, Territorio prædito, tanquam anexum, ſed absque reſpectu Juris Diœceſani, huc plane absque confuſione non referendi, conceſſeris, caſu contrario id potius ſequeretur, cum omnes ſubditi Juri Majeſtatico circa Sacra ſubjecti eſſe debeant, illos A. C. addictos Parentes à te independentes vel *ſouverains*, contra naturam Juris Publici, Faeiem Imperii, & Leges hujus ſyſtematis ſingulari auſu pronunciari, ſed quod hoc minimè fieri poſſet, jam dum obſervavit Dominus PERTHSCHIUS *in Elem. Jur. Canon. L. I. §. 96.* cum Princeps Jura circa Sacra Jure ſuperioritatis, ſive quod neceſſario in tale Collegium, quod vocant Eccleſiam, habere debet, exerceat, conſequens eſt. Ut omni Imperanti, hæc facultas vindicanda ſit, nec Principem ea tuto carere poſſe, & ut ob ejusmodi Exercitium, non ut Caput Eccleſiæ aut Epiſcopus, aut Papa in ſuis Terris conſiderari queat, dum enim ratione A. C. & conſcientiæ ſuæ ab *Art. VII.* ſatis tuti ſint ſubditi, & Jus Diœceſanum ſuſpenſum, neſcimus, quare tam anxiè Jus hoc Territorii, & quod Magiſtratui ſuo, qua tali competere ipſi dicunt, excutere deſiderent. Calamus igitur mentem Perill. Autor fortè præcurrit, ita ùt dum dixerit *daſs denen Geiſtlichen Stænden das* Jus Sacrorum *in* §. 30. Jure Territoriali *vvære gegeben vvorden, in §. 48. eben daſſelbe* ex Jure Epiſcopali *ihnen vvieder genommen vvorden*, potius illud dicere voluerit, *vvas denen Geiſtlichen Stænden in dem* §. 48. *an dem* Jure Diœceſano *entzogen und dem Lands-Herrn heim gegeben vvorden, daſs ſeye ihnen ſovvohl* ex *§. 30. als 48. als ein* Jus Territorii *über Leuthe, vvelche in ihrem Staat, als ein gevviſſes*

Colle-

Collegium *leben, falls es nicht vvider das Gevviſſen gehet, gleichfals überlaſſen, und als eine Weltliche Sache mit ihrem Land-Staat, Friedens-Schluſsmæſſig bis* ad amicabilem compoſitionem hoc ſenſu Juris publici *verknüpfft vvorden*, cui tamen vel minima hæſitatio de Veritate hac Pacis Weſtphalicæ, Jus Reformandi, & Jus circa Sacra eſſe unum idemque, in mente reſideat, ipſi *Art. III. §. 1.* evolvere & accurata mentis trutina verba illa expendere placeat. Univerſi & ſinguli S. R. J. Electores, Principes, Status &c. reſtituti ſunto plenarie in eum utrumque Statum in *Sacris* & Profanis, quo ante deſtitutionem gaviſi ſunt, & licet quis regerat, Status Eccleſiaſticos non eſſe deſtitutos, ſufficit hiſce tamen, quod hoc loco nec ſubditis quid datum, nec ii pro independentibus declarati fuerint, ſed Jus circa Sacra dari omnibus, ex his eluceat.

## §. XIV.

Jus circa Sacra Imperanti vigore ſummi Imperii competit, hinc Jus Majeſtaticum illud efformare pateſcit, idque ex univerſalibus Proteſtantium fulcris atque principiis quæ tamen ab omni Catholicæ Religionis cynoſura longe recedunt.

Cum ex mente Proteſtantium Eccleſia ſit Collegium in Republica, D. PERTSCH. *l. c. L. 1. §. 83.* uti in reliqua Collegia ita & non minus in Eccleſiam competit Imperanti Jus inſpectionis generalis, Jus circa Sacra igitur eſt ſumma & ſuprema Inſpectio Principis, quam vi ſuperioritatis exercet, & cavet ne quid ab Eccleſiis in detrimentum Reipublicæ geratur. Sequitur ex hac notione Juris hanc Facultatem, hinc Jus circa Sacra ipſum, omni Imperanti vindicandum eſſe, nec Principem ea tuto carere poſſe, inde tam

ſolliciti erant JConſulti Proteſtantes, ut oſtenderent, & maxime Germaniæ Proceres jam ante Reformationem & Paces Religioſas, Jus circa Sacra exercuiſſe, uti id obſervavit Cel. PERTSCHIUS *Elem Jur. Canon. L. I. §. 86.* ex Idea vero Collegii Eccleſiæ afficta, novam ſortiuntur diſtinctionem, quatenus Jus circa Sacra Principi dupliciter, ac reſpective competere adfirmant, Princeps Collegio illi accedit, quatenus membrum illius eſt, & in hoc caſu reliquæ Perſonæ Eccleſiam conſtituentes, Jura quanta quanta erant, Principi, qui ad clavum Reipublicæ ſedet, ſua Jura reſignaſſe finguntur, competit nunc Imperanti Jus circa Sacra vel Jure Collegii, vel Jure ſuperioritatis Territorialis, quatenus igitur Princeps non eſt membrum Collegii, eatenus deſtituitur Jure circa Sacra ad Jura Collegialia relato, quod largiamur, E. g. ſi Proteſtantes ad Jus circa Sacra Collegiale referunt, ut approbata Sacrorum norma animus ſubditorum recte inſtilletur, ſi poſſet condere formulam fidei, de doctrina publica diſponere, Jus conſtituendi Superintendentes, tunc ea cura caret Princeps, jubente id Pace Weſtphalica, conſcientiæ & Credendorum Libertatem inculcante, in tolerantia fundata, aſt cum illa Jura Collegialia Principis Jus Majeſtaticum non abſorbeant, & defectus in una ſpecie totum genus non adimere velit, Principi ſequentia Jura tanquam effectus ſuperioritatis & quibus ipſe ex confeſſione D. PERTSCHII carere non poteſt, optimo Jure exempli gratia aſſerunt, Jus ſcil. circa faſtos dies nefaſtosque, lætitiam publicam, aut luctum, ritus & Ceremonias Sacrorum, ſolemnia Precum publicarum, hymnos & cantica ad probandi & improbandi, denique circa legem in Feſtis Catholicorum ab operis manualibus abſtinendi. add. Perill. D. de CRAMER, *in Diſſ. de Jure circa Sacra Majeſt. & Collegial. p. 27.* Lit. A. & *Adjunct. ſub Lit. A.*

## §. XV.

Theſis igitur illa vera eſt nec Proteſtantium Principiis

cipiis contraria: Princeps Catholicus Jurisdictione Eccleſiaſtica gaudet in ſuos ſubditos A. C. addictos, quatenus illa ex Jure Superioritatis, minus vero Collegii promanat, quoniam eo Jure carere prorſus non poteſt. *§. præced.*

Aliter proinde dici non poteſt, ac Status Proteſtantes Statibus ſuis Catholicis Jurisdictionem illam circa Sacra alienæ Fidei in ipſa pacificatione addixiſſe, ac dum Epiſcopale Jus fuit inibi ſuſpenſum, Ita Domino Territoriali Jus circa Sacra fuiſſe relictum; probant id formalia & loca Pacis Weſtphalicæ uberius, ita enim extant verba notabilia illa in *Art. V. § 30.* in fine *nulli Statui immediato Jus quod ipſi ratione Territorii, & Superioritatis in negotio Religionis competit impediri debere,* Negotiũ Religionis pro ipſa Jurisdictione Eccleſiaſtica ex mente paciſcentium partim ex adjuncto ſub Lit. B., partim ex eo conjecturamus, cum & Protestantes Status in illis formalibus nil aliud, niſi Jus circa Sacra ſibi vindicare curarent, hinc conſtatibus ob paritatem, quod modo pro Jure Statuum communi in publico declararunt, rurſus auferre, nec alienum ſenſum dictis illis affingere poterant: adde vocabula in *Art. V. § 40.* reperienda, Statibus immediatis ſive *Eccleſiaſticis*, ſive Secularibus &c. *per totum Imperium, nulli Statui immediato,* ob generalitatem horum excluſivam in hoc puncto contra Catholicos amplius urgere non permittentia; Porro cum nec praxis defuerit in Germania, actu Catholicos exercuiſſe in ſubditos A. C. addictos Jurisdictionem illam Eccleſiaſticam, ſi de adimenda ea cogitaſſent Status Proteſtantes, clarius, ſed non in tam generaliſſimis terminis, data alias inſuper ubique in Inſtrumento erga conſtatus Jurium Paritate, loqui debuiſſent, & quomodo pax illa aliam patiatur interpretationem, cum Sole meridiano clarior ſit ipſa conceſſio, in verbis poſita *per totum Imperium*, item *nulli immediato Statui,* quæ nullum plane dubium relinquunt, Lit. B.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0053-1

Mens Proteſtantium hic anima pacti erit, conſtat igitur, id modo egiſſe, ne occaſione Jurisdictionis illius Eccleſiaſticæ ſubditis aliquid injungeretur, quod Auguſtanæ Confeſſioni vel conſcientiæ repugnaret, & quare proſpexiſſent, ne aliquid occaſione Jurisdictionis Eccleſiaſticæ contingeret, ſi nec illa ipſa & Statibus Catholicis ex mente paciſcentium conceſſa fuiſſet, à poſteriori vix unquam ſolidius argumentum, quam hoc formari poterit, ubi ab hoc ad aliud tuto concludere valemus. Ulterius votum aliquod Status A. C. addicti in collectione *einiger Schriften von der Geiſtlichen Gerichtbarkeit derer Catholiſchen Landes-Herren im Deutſchland über die in ihren Land befindliche Unterthanen* p. 4. nobis cum in omnibus eſt unanime, quod inſigne Teſtimonium præbet, cum ex actis publicis deſumptum, hinc præſumptionem fortiſſimam pro genuina mente paciſcentium in ſe continet. *Das* Jus circa Sacra *mithin die* Jurisdictio Eccleſiaſtica, *als deſſen vornehmſte* Species *der* Territorial - Superioritæt *koſtbarſtes und vornehmſtes Kleinod ſey, vvelches man keinen Landes - Herrn, ſovveit er ſich deſſen gebrauchen vvill, benehmen können, iſt ſoviel mir vviſſend bis dato aller Evangeliſchen* Publiciſten *einhellige Meinung*, vid. STRUV. *in Syntagm. I. P. C. 23. §. 30. 1237.*

## §. XVI.

Sed licet quidem in Inſtr. Pacis exacta æqualitas inter utriusque Religionis Status *Art. V. §. 1.* imperata fuerit, ob Statuta Juris Canonici infra recenſita, Status Catholicos Proteſtantium Jure parili frui poſſe, inde negant, eo ipſo vero Jurisdictionis Eccleſiaſticæ inhabiles pronunciant.

Ex

Ex multis aliis Legibus Juris Canonici, unicum *C. 16. X.* de foro competenti allegant Proteſtantes, exinde inferunt Laicum Jurisdictionem Eccleſiaſticam ambientem, Crimen Sacrilegii committere, ipſo facto incidere in bannum ſpirituale, ergo tale Jus etiam in Pace Proteſtantibus licet conceſſum, minime affectare poſſe Catholicos, aſt quoties mentem ipſam Paciſcentium expendimus, hæc inſtantia nullius momenti eſſe poteſt. Catholici enim in ordine ad Proteſtantes in Pace Weſtphalica Jus circa Sacra in eo ſenſu acceperunt, non qualem de eo tenent tradita Juris Canonici, ſed id pro mero effectu Juris Territorii adoptati ſunt, ita ut Statibus ibi collectis Jus circa Sacra, & Superioritas Territorialis ſuo modo eſſent ſynonyma, quemadmodum id Catholici eo facilius ſubire poterant, quoniam Jurisdictio hæc quæſtionis in tales ſubditos erat conceſſa, qui ex conceptu ſuo Eccesiam pro Collegio venditabant, inque omne Collegium Principi inſpectionem generalem competere, ipſi aſſerebant, uti cœlum a terra, ita mens Juris Canonici, & Pacis Weſtph. evidenter inter ſe differunt: adde, quodſi paciſcentes Proteſtantes de eo mediati fuiſſent, quod Jurisdictionis Eccleſiaſticæ in hoc ſenſu ſumptæ, plane inhabiles fuiſſent Status Catholici, ipſum Inſtrumentum Pacis, quod tamen fulcrum ſecuritatis Germanicæ potius habuere, pro ludibrio dediſſent, cum in *Art. V. §. 48.* expreſſis verbis abſque omni dubio addixere Jurisdictionem Eccleſiaſticam in ſubditos ſuos qualiter in Anno decretorio gaviſi fuere, compara igitur illud cum hoc themate eoſdem de inhabilitate vere cogitaſſe, E. illud ſane abſonum defendis, quod Proteſtantes Catholicis ſub nomine Juris potius umbram & nihil ceſſerint, & in vanum ſimul pacti fuerint, ita ut hac manu dediſſent, quod altera rurſus eripuiſſent.

## §. XVII.

Nec licebit unquam A. C. addictis Statibus convolare

lare ad præſidia Juris Canonici contra Catholicos, cum illa nec contra ſe allegari patiantur, in genere vero in ipſa Pacificatione ſerio interdictum fuit, ab ejusmodi methodo facere exceptiones, regula omnibus, nullo excepto, conceſſa.

Ut Theſin noſtram rite probemus, verba Legis æque ac Doctoris famageratiſſimi propterea allegamus Evolv. Perilluſtr. Cancell. BOEHMERI *Conſult. P. l. p. 163 in not. Ich ſeze hierbey*, inquit, *als ein umſtændliches richtiges* Principium *voraus, daſs die Römiſch-Catholiſchen Unterthanen Geiſt- und Weltliche an die Reichs-Geſæze verbunden zu ſeyn ſich achten, und dahero auch dem Oſnabbruckiſchen Friedens-Schluſs* parition *leiſten müſſen, als vvelcher ſeiner Verfaſſung nach alle und jede* non minus abſentes, quam præſentes Eccleſiaſticos, æque ac Politicos ſive Status Imperii ſint ſive non *verbinden ſollen. Art. XVII. I. P. §. 2.* ut nulla Jura Canonica, vel Civilia communia, vel ſpecialia, Conciliorum Decreta, Privilegia, Indulta, Edicta, Commiſſiones, Inhibitiones, Mandata, Decreta, Reſcripta, & aliæ Religioſorum Regulæ Ordinum, & Exemtiones, Contradictiones, Appellationes, aut ullæ aliæ exceptiones contra hanc transactionem audiantur, & admittantur; *So richtig nun dieſes* Principium *nach allen Göttlichen und Weltlichen Rechten ſich befindet, ſo unverantvvortliche und gefæhrliche* Demarchen *haben bishero die Römiſch-Catholiſche in der Evangeliſchen Landes-Fürſten Land gemacht, und in der That unter vielen* ſupterfugiis *zu verſtehen gegeben, ( ob ſie es vvohl mit dem Mund nicht bekennen, ) daſs ſie an die Reichs-Geſæze nicht gebunden,*

*und*

*und dem Oſnabruckiſchen Friedens-Schluſs keine* Parition *zu leiſten ſchuldig, die ſie Theils mit ihren* Exemptionibus, Privilegiis, *und* Ordinum Religioſorum Regulis, *Theils mit denen* Inhibitionibus Papalibus, Mandatis, & Decretis, *ſo doch alle in dem Oſnabruckiſchen Fridens-Schluſs, und deſſen Verfaſſung aufgehoben, und* caſſirt *ſeynd*, eludiren *vvollen, es iſt dabey mehr als zubekannt, vvas vor gefæhrliche* Principia *der* Clerus Romanæ Eccleſiæ *in Deutſchland gegen Weltlicher Obrigkeit Geſæze, und allgemeine Verordnungen zu æuſſeren pflege, als vvelchen derſelbe ſich gænzlich entziehen, und nur der Geiſtlichen* Jurisdiction *des Pabſts, und Biſchöfe untervvorffen ſeyn vvill, davon leyder einige ærgerliche* Decreta in Jure Canonico *anzutreffen, vvelche in Geiſtlichen- und Kirchen- Sachen allein des Pabſts* Jurisdiction *die Römiſch-Catholiſche Cleriſey untervvirft, vvelchen aber mit Recht ſovvohl die Proteſtirenden, als unterſchiedliche Catholiſche Lehrer vviderſprochen, und behaupt haben.* Sententiam iſtam Clericos Sacratiſſimæ Poteſtati civili non ſubjici, ſed magis præeſſe, omni Juri naturali, Divino veteri & novo, Gentium, Civili, Canonico, Conciliis, veteri Eccleſiæ Statutis, omnium Europæ Populorum Decretis, Praxi Eccleſiæ ſub Imperatoribus Romanis, Græcis, Germanis Legibus Imperii Comitialibus Summorum inter Pontificos Virorum ſententiæ, Paci & Bono publico generis humani, & ſanæ denique rationi directo contrariam eſſe. En! quam juſtam facile rotorſionem contra increpantes in factum Cleri Romanæ Eccleſiæ ſuſcipere poſſemus, ſi tempus concederet, ita quidem, ut qui in oculo fratris conſpiciat feſtucam, nec tamen trabem in proprio videat, quod enim tam multis verbis vitio vertunt Clero, in poſſeſſione im-

memoriali, quin libera conceſſione Summorum Imperantium ipſa conſtituto, id ipſum agunt, dum A. C. addictos ſubditos ab Imperio Civili immunes reddere, & ex arbitrio eximere conentur.

## §. XIIX.

Hactenus igitur id ſatis evictum fuit, Statibus Catholicis Jurisdictionem circa Sacra competere in ſubditos ſuos A. C. addictos ex Principiis Juris publici univerſalis, & particularis addendum nunc eſt, & illos idem Jus exercere vigore Pacis Weſtphalicæ, cui rei probationis loco ſequentia verba Inſtrumenti inſerviunt, quæ hinc inde id in ore habent.

Ita *Art. VIII. §.1.* ibi: libero Juris Territorialis, tam in Eccleſiaſticis quam Politicis exercitio *Art. X. §. 3.* Ducatum Pomeranæ, Rugiæque Principatum una cum ditionibus, cœterisque omnibus ac ſingulis Eccleſiaſticis, & Secularibus Juribus *Art. X. §. 8.* Civitati vero Bremenſi ejusque Territorio & ſubditis ſuus Status, Libertas, Jura, & Privilegia in Eccleſiaſticis & Politicis ſine impeditione relinquantur *Art. XI. §. 12.* Regia Majeſtas Sueciæ reſtituat Domino Electori Pomeraniam ulteriorem cum omnibus Appertinentiis, Bonis, & Juribus Secularibus, & Eccleſiaſticis &c. *Art. III. §. 1.* univerſi & ſinguli S. R. I. Electores, Principes, Status &c. reſtituti ſunto plenarie in illum Statum in Sacris ac Profanis, quo ante deſtitutionem gaviſi ſunt. *Art. XI. §. 4.* Salvis tamen Civitati Mindenſi ſuis Regaliis, & Juribus in Sacris, & Profanis. *Art. XIII. § 1. verſ. fin.* Quoties verò Catholicus Epiſcopus Oſnabrugenſis rerum potitur, nihil omnino in Auguſtanæ Confeſſionis Sacra arroget ſibi Juris aut obtineat. *Art. V. § 48.* Catholicorum Auguſtanæ Confeſſioni addicti Status Provinciales & ſubditi, qui Anno 1624. Jurisdictionem Eccleſiaſti-

cleſiaſticam agnoverunt, in iis caſibus modo dictæ Jurisdictioni ſubſint, qui Auguſtanam Confeſſionem nullatenus concernant, *Art. V. §. 29.* Liberæ Imperii Civitates &c. tam ratione Juris reformandi, quam aliorum caſuum Religionem concernentium, in Territoriis ſuis, & reſpectu ſubditorum, non minus ac intra muros, & ſub urbia idem cum reliquis Statibus Superioribus Jus habeant *Art. V. §.* 42. A ſola qualitate feudali, vel ſub feudali ſive a Regno Bohemiæ, ſive ab Electoribus, Principibus, & Statibus Imperii, ſive aliunde procedant, Jus reformandi non dependet. Idem Art. §. diſponit, ſola Criminalis Jurisdictio, *Cent-Gerichte*, ſolumque Jus gladii & retentionis Patronatus Filialitatis, neque conjunctim neque diviſim Jus reformandi tribuunt. En pleniſſimam habes, data opera, probationem I.) univerſis Statibus Imperii Jure Territorii competere Jus circa Sacra, II.) Jus hocce ut & Jus reformandi ex analogia Inſtrum. Pacis pro Synonimis haberi, ac quod modo Jus reformandi nuncupet Pax Weſtphalica, modo Jus circa Sacra appellari, III.) dum omnia alia Jura juxta *Art. V. §. 42. 44.* e. g. Jus feudi, & centena excluduntur, ſed Territorio Jus circa Religionem adpropriatur, paciſcentes in vocabulo Juris reformandi & Jurisdictionis Eccleſiaſticæ nil aliud niſi Superioritatem Territorialem ipſam intellexiſſe.

## §. XIX.

Sed inſtas forte, hos, qui allegati a nobis fuere Articuli, de Proteſtantibus ſolis loqui, id quod præcipue negamus, cum vocabulum, Status generale contrarium oſtendat, ut vero largiores ſimus, de ſuperfluo probamus, & ipſam mentem Proteſtantium fuiſſe, eos idem Jus Statibus Catholicis dediſſe, quo ex Pace Weſtphalica ipſi circa Sacra fruuntur.

Superius jam jam illud oppoſitum rejecimus, ob in-

 habili-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0059-8

habilitarem ex Jure Canonico effictam, Status Catholicos cum proteſtantibus non pari Jure circa Religionem frui poſſe, nec in ſenſu Pacis eos ad illud exequatos fuiſſe, nunc contra illa Principia contrarium allegabimus, idque quidem, Jus circa Sacra Proteſtantes eodem modo conceſſiſſe Catholicis, quo illo eo Jure hodie uti cupiunt, Exemplum ex *Art. XIII. §. 8.* ipſa Pax ita, quidem ſuppeditat. Scivere Paciſcentes in regula Jus Territorii inferre Jus circa Sacra, quoniam vero hanc regulam non uti alias generaliter erat in Pace approbata, intuitu Epiſcopatus Oſnabrugenſis admittere volebant, unicam hanc exceptionem in Inſtrumento reperire licet, quæ contrariũ concludere permittit. Quodſi minus alias univerſis Statibus in Jure Territ. Status Proteſtantes Jus circa Sacra attribuere voluiſſent, nec opus fuiſſet, hac unica & ſpeciali exceptione, quodſi vero rem ipſam acu tangis, nihil Catholico Epiſcopo ademptum proprie eſt, niſi Jus Diœceſanum, ſequitur id ex verbis. *Nihil omnino in Auguſtanæ Confeſſionis Sacra arroget ſibi Juris, vel obtineat Catholicus Epiſcopus*, licet tamen in ſubſequentibus ejus Superioritas Territorialis & annexa, extra dubium ſint poſita. *Cœtera Superioritatis, & Regiminis Jura in Civilibus, & Criminalibus Auguſtanæ Confeſſionis Epiſcoporum illibata permaneat.* Illud igitur obtinemus, Epiſcopo Catholico non licere effectu Juris Diœceſani diſponere circa Jura Sacrorum A. C. addictorum, Jus circa Sacra ipſi vero, ut aliis Statibus ex Territorio omnino competere: Interpretatio hæc Articuli XIII. genuina propterea eſt. Quoniam Jus Sacrorum involvit credenda, dogmata & Fidei Articulos, ſine quibus Religio ipſa talis non erit, ita enim deprehenditur Senſus verborum, *Nihil omnino in Auguſtanæ Confeſſionis Sacra arroget ſibi Juris*, hoc ſane idem eſt, ac ſi verba §. *Jus Diœceſanum*, huc quaſi, ſed ſub aliis formalibus fuiſſent repetita, *in iis Caſibus*

*bus modo (A. C. addicti) dictæ Jurisdictioni (Eccleſiaſticæ ſubſint, qui Auguſtanam Confeſſionem nullatenus concernant.)* Non deeſſe vero exinde Epiſcopo Catholico Jura circa Sacra, ceu per quæ ſecuritatem externam Reipublicæ, uti alius Dominus Territorialis, curat, ex ea Capitulatione luce meridiana clariorem demonſtrationem afferre valemus, quæ, Anno 1650. 28. Julii concluſa fuit, & in qua evidenter deprehendit Benevolus Lector, ita §. 8. Art. XIII. eſſe explicandam, Jus Sacrorum tantum, minime vero Jus circa Sacra Epiſcopo Catholico Oſnabr. ademptum eſſe, quoniam in ſequentibus ipſiſſimæ ſpecies Juris circa Sacra evidenter ipſi attribuuntur, quod nunquam factum fuiſſe, adſeri poſſet, ſi Pacis mens abhorruiſſet, indicant illud formalia ipſius Capitulationis, quæ ſtudio inſeruimus. *Gleichvvie nun aus dieſem allem deutlich abzunehmen, in vvas (und alſo nicht in allen) Fællen die* Jurisdictio Eccleſiaſtica Romano-Catholica ſuſpendirt *verbleibe, und vvorinn die Augſpurgiſche Confeſſions Vervvandte davon* eximirt, ſo bleibet es billig in allen übrigen Fællen, *vermœge* Inſtrumenti Pacis, *bey dem vvas nicht nur jedes Orth die Catholiſche Geiſtliche Obrigkeit inſonderheit aber* officialis *und* Archi-Diaconi An. 1624. *ruhig beſeſſen und verübet, geſtalt dann nicht allein die* Cognito Cauſarum Civilium & temporalium, *ſo viel die Weltliche Perſonen anlangt, ſondern auch* cauſarum Eccleſiaſticarum, *ſo vveit hieroben dem nicht* derogiret, *ihnen ohngehindert verbleiben, ohnerachtet, vvas Religion die Parthie zugethan*, in ſpecie *haben die* Archi-Diaconi *und etliche* Catholici beneficiati *gevviſſe* Delicta *zu beſtraffen, die* Jura amovendi, inſtallandi, vel inveſtiendi *bey der Kirchen*-Inſpection *über deren*

*Kirchen udd Rechnung, jedoch mit Zuziehung derer Pfarr-Herrn die* Cenſuren Violatores Feſtorum Cœmeteriorum *hergebracht, vvobey ſie dann auch zulaſſen, jedoch mit dieſer Beſcheidenheit, das bey dieſen ohnpartheyiſch ohne Reſpect der Religion verfahren vverde.*

## §. XX.

Sed cum Proteſtantes omni tempore illa ipſa Principia foverent, Domino Territorii competere generalem circumſpectionem circa Religionem, incredibile ſane evadit illud novum aſſertum, eosdem dum cum Conſtatibus Catholicis de exacta æqualitate & Jure circa Sacra Pacti fuere, contra inveterata Principia hodie modo aliter ſenſiſſe.

„ Ita olim ſecularibus Judicium de rebus Fidei „ non denegarunt Proteſtantes, atque adeo Judi„ cium deciſivum circa dogmata Fidei tanquam Jus „ comitiale Imperatori ac Statibus hinc ſeculari„ bus commune aſſeruerunt. Sic cenſuerunt Sta„ tus A. C. apud LEHMANN in Actis Pac. Rel. L. „ I. C. 25. *und der Sachen verſtændige Ræthe anher „ zu ſchicken, von denen übrigen irrigen Artickeln „ Chriſtlich und freundlich zu unterreden, und ſo viel „ mœglich zu vergleichen ſo iſt zu verhoffen, daſs durch „ dieſe Reichs-Verſammlung, und Zuſammenkunfft de„ rer Churfürſten, Fürſten und Stænden, der Zvvie„ ſpalt der Religion in Deutſcher* Nation *beſſer und „ friedlicher denn durch ein* General-Concilium *ver„ mittelſt Göttlicher Hülff möchte abgeholffen, und*

*„ beygelegt*

„ *beygelegt vverden*, in quæ verba & Catholicos, Comitiorum commembra, incluſos, ergo ejusdem facultatis Capaces habitos fuiſſe, eo ipſo pateſcit, hinc Ipſe LUTHERUS Judicium Cæſaris circa Religionem nunquam reſpuit, uti id ex MScripto ejusdem retulit CYPRIAN, *in Hiſtor. Auguſt. Confeſſ. Cap. VIII §. 1. p. 74.* Ibi *zum andern vvo Kayſ. Maj. ja darauf vvolten dringen, man ſolte Ihr. Kayſ. Majeſt. ſchlecht hiermnen laſſen Richter ſeyn, kan Evv. Fürſtl. Gnaden mit aller Freudigkeit ſagen: Ja es ſoll Kayſ. Maj. hierinnen Richter ſeyn, und Evv. Fürſtl. Gnaden vvolle es alles annehmen, und leyden.* Hæc principia Proteſtantium à ſeculis ad ſecula unanimia, hodie in lite forte excitata; non permittunt, opiniones alias pro lubitu contra Catholicorum Jus quæſitum & illum Senſum olim acceptum, excogitari.

## §. XXI.

Inde eſt, quod ipſi D. D. Proteſtantes Jus circa Sacra ex Jure Territorii Principi licet ſeculari etiam ante tempora Reformationis ſumma ope attribuere annisi fuerint, & exempla deſuper attulerint, ex quibus pateſceret, circumſpectionem circa Religionem a ſummo Imperante non eſſe diſſecandam.

Proceres Germaniæ, inquit, Celeb. ESTOR, *in Delineat. Juriſpubl. Eccl. Proteſt. p. 39.* inter Majeſtatis Jura, etiam Sacrorum Jura ex obſervantja, ſive ex communi, per totum Imperium uſitata Praxi, idque ante Reformationem exercuere; Exemplum Heſſorum Principis ille ipſe attulit, de HENRICO LEONE, ut Proteſtantium ore loquamur, Jus circa Sacra exercente Teſtis eſt Illuſtr. de BUNAU *in der Probe einer Reichs-Hiſtorie p. 16. 49. 121. 159. 201.* Illuſtr. BOEH-

MER.

MER *Vol. II. Jur. Eccl Prot. p. 735. 737. de Guelphorum Jure circa Sacra* SIMON FRID. HAHN *in Obſ Jur. publ. §. 8.* plura Teſtimonia largiuntur HULDERICUS ab EYBEN. *in Elect. Feud. C 10. § 3. Rhetius* de ſecularifat. *§. 4.* HUGO *de Statu Region. Germ. C 3. n. 24.* JOH. GEORG REINHARD. *de Jure Principum Germaniæ Saxoniæ*, imprimis circa Sacra ante tempora Reformationis exercito, Cancell. de LUDEWIG. *de Principum S. R. J.* Poteſtate in Sacris ante Paces Religionis: Teſtis denique Argumenti prodeat CAROLUS V. *Imper. in Receſſ. Imp. Norimbergæ An. 1524. Vulgato § 28.* ubi Proceres Imperii vocat. *Schützer und Schirmer des Glaubens*; Concludere aliter non poſſumus, cum tam variæ Confeſſionis Propriæ Proteſtantium Teſtimonia exiſtant, quam quod tali modo inutiliter Quæſtionem Status moveant noſtris Principibus vel ipſis Jus circa Sacra absque Fundamento diſputent. Aſt his Exemplis non obſtantibus, ipſe D. ESTOR ulterius urget inhabilitatem Canonicam alicujus Status Catholici, & ne modo ſorbere, modo flare videatur, ita aſſertum ſuum, tuitus eſt. *l. c. p. 176. in not. a ibi:* Rogo, ne credas, me ἀσύςατα, ſtatuere, dum hæc ſcribo, ſupra quidem docueram Principes Catholicos ante Reformationem Jus circa Sacra exercuiſſe, quam veritatem, hic repeto & inculco, ſi ergo objicis, tunc temporis Sacrorum Juris Participes fuerunt Principes Catholici, ergo, inquis, hodiernum id iſtis ad ſcribendum & relinguendum eſt, aſt vero hanc Objectionem nullius ponderis eſſe videbis, quam primum conſideraveris, Concilii Tridentini Decreta, quæ Catholici exoſculantur, harum rerum converſionem excitaſſe tantam, ut Juris Canonici Statuta, quæ adduco Jure Poſtliminii aſſumſerint, & Jure Sacrorum ſe abdicaverint. Sed hæc nobis monſtrare non videntur, dicta Cel. ESTOR. minus ſe ſe contrariari, propterea potius ita in contrarium argumentamur. Si Principes Catholici ante Reformationem adhuc in Catholicos ſubditos Jure circa Sacra gaviſi fuere, multo magis hodie ejus Jurisdictionis in A. C. addictos

ſub-

ſubditos erunt capaces. Cum Tridentini Diſpoſitio Laicos à Jurisdictione Epiſcopali in Senſu Juris Canonici tali modo non arceat. Accedant motiva noſtra; Jus circa Sacra in Proteſtantes à Pontifice & Statu Catholico ad res indifferentes refertur, quæ igitur objectum Legis prohibitivæ minus conſtituunt, quoniam illi ſubditi ſunt quaſi extra Commercium Eccleſiæ Romano Catholicæ, curavit propterea de iis Pax Weſtphalica cum Pontificis Cura inibi ſuſpenſa fuerit. Utantur igitur Domini Territoriales per Jus Canonicum Jure ſuo Majeſtatico, dum Jus Diœceſanum ita per accidens ſit ſuſpenſum. Quodſi igitur Epiſcopus & Princeps Imperii ipſe non contradicit Proteſtantibus, ſed jubente Jure publico cum Pace Weſtphalica Jus circa Sacra, etiam Jus Majeſtaticum interim nominare debet, quoniam non in membra Eccleſiæ vel Diœceſeos ſuæ, ſed in meros ſubditos extenditur, nec tamen deinde Epiſcopo Domino Territorii ſuum adimant, quod ſuum eſt. In genere id ex opinione Proteſtantium elucet, ipſis deficere Ideam Juris circa Sacra Inſtr. P., qua Juris Majeſtatici, & in ſubditos neceſſario exercendi, & Juris Diœceſani ſeu Poteſtatis ſpiritualis membra Eccleſiæ unius in ſe comprehendentis, prius ex ipſa Doctrina Proteſtantium inferimus, nulli Domino Territorii hinc nec Catholico illud eſſe auferendum, alias enim tranquilitatem Reipublicæ, quæ Principi tanquam ſuprema Lex eſt poſita, conſervare in ejus non eſſet amplius Poteſtate: Finge Principem hoc Jure deſtitutum, nonne pendebit ex alio quies publica, eo ſcilicet, qui ſolus populum Doctrina imbuit, neque hac in re ab ullo alio dedependet, ejus ad nutum movetur plebs non facile a Principe cohibenda. HERTIUS *Elem. prud. Civ. P. II. Sect. 8. §. 7. n. 1.*

## §. XXII.

Deinde neque Tridentinum Concilium eſt in cau-

ſa, quæ faciat, ut res aliter ſe habeat, id quod ex ſequentibus ulterius palam fiat.

Concilium Tridentinum pro objecto non habuit Jus Territorii, Pax Weſtphalica Jus Territorii potius reſtauravit, quam ut illud diminuerit, ſed cum Jus circa Sacra ſit annexum Juris Territorii, neque ipſum Tridentinum Jus circa Sacra Principi Seculari ex Pace Religioſa demum competens, tangere directe voluit, tandem cum omnis conventio aut pactio alias firma, ſemper ſalvo Jure Tertii ſit accipienda, ergo ſemper §. 31. ſalvo Principum antiquo ante Reformationem competente Jure Territoriali interpretandus eſt, deinde ſi nec Pontifex ipſe Domino Territorii Catholico propterea contradicit, cum illius tamen unice interſit contradicere, Proteſtantes Status exceptio tua non intereſt in præſenti Negotio repellere videtur. Quodſi ad hæc Interpretes A. C. urgent, Status Catholicos abſtinuiſſe ante Pacem Weſtphalicam Jure circa Sacra ſibi ante Reformationem competente, ſpei illi, ſi verum eſt, unice attribuimus, qua ducti, unionem Eccleſiæ minus Pacis Weſtphalicæ mutationes expectabant. Verum itaque eſt, quod actu primo, licet non ſecundo habuerint, id quod demum in Pacificatione nacti ſunt, hinc hodie extra controverſiam tenent. Quandoquidem porro Status Catholici in Receſſibus Imperii ex Pacto curam Religionis in ſuos ſimul obtinuere, in hac Conceſſione fundatur Praxis illa notoria adquam §. 30. provocat, quoties igitur aliquis ex illis interpretibus Catholicis illud objicit, Catholicos ante Pacem Weſtphal. minus Jure ſuo gaviſos fuiſſe, ille non ſolum uſitatæ Praxi, ſedetiam Receſſibus Imperii magno auſu eſt contrarius. Ita enim *Receſſ. Imp Norimb. de An 1524. §. 29.* officii admonet Status, ut curam adhibeant, quo Religio rite doceatur add *Receſſ. Imp. Auguſti de An. 1525 §. und nach dem* verb. *So ſoll ein jede Obrigkeit, ſie ſey Geiſtliches oder Weltliches Standes einfleiſſiges Aufmercken und ernſt-*

*liches*

*liches Einſehen haben, daſs in ihren Fürſtenthumen, Landen, und Gebieten, das Heilige* Evangelium, *und GOttes-Wort, nach Rechten vvahren Verſtand ohn Ærgernis zu Erhaltung GOttes-Lob, Frieden, und Einigkeit geprediget vverde.*

## §. XXIII.

Principibus Imperii ex Jure Canonico Jura Ordinis & Diœceſana attribui minus poterant, cum hæc ſint eſſentialia Religionis Catholicæ, bene tamen Pax Weſtphalica ex Jure Territorii poterat Statibus Catholicis Jus circa Sacra in ſubditos A. C. attribuere, quare vides, Canones & Inſtrumenta Pacis in Puncto Jurisdictionis Eccleſiaſticæ Quæſtionis ſibi non eſſe contraria, aut unum alterum rurſus impedire.

Et quoniam ſubditi Proteſtantes abſque his eſſentialibus noſtræ fidei manere poſſunt, & volunt, ergo abſque minima hæſitatione in illos exercere poteſt Jus circa Sacra Dominus Territorii, ab Epiſcopali vel Papali Jure plane difforme. Dolendum vero eſt, quod privati ut plurimum id Domino Catholico in dubium vocent, quod tamen alibi in ſuo Principe ex principiis Juris publici univerſalis, & Pace Weſtphalica ad neceſſitatem Imperii & ſecuritatis referunt. Permiſit itaque Pax Weſtphalica omnibus Statibus Immediatis quicquid Ordinis gratia ad Religionem pertinet. Exceptio enim firmat regulam, quodſi igitur Domino Territoriali nulla diſpoſitio competit circa ea, quæ ſpectant ad Auguſtanam Confeſſionem, ceu quæ credenda & interna Cultus Divini attingunt, eo magis ergo curabit, quæ ad Ordinem Religionis ſpectant, ceu in quibus adhuc multum arbitrio humano ex Jure publico & pacificatione quo ad ſpecialiorem determinationem relictum eſt, quoniam in hoc

punƈto aƈtiones ſubditorum ex neceſſitate, & utilitate publica ſubeſſe debent Imperio Civili e. g. ut Proteſtantes Paſchatis Feſto Catholicorum a laboribus cum ſtrepitu faciendis, prorſus abſtineant. Reſpeƈtus hic adeſt politicus, qui nec pertinet ad beatitudinem nec ad credenda, faciat alias in requie, quæ modo velit agere in ejusmodi Feſtis ſubditus A. C. Proviſio talis Principis alicujus, quæ pro arbitrio ſuo fertur, vult illud denique, quo omnia tranquilitati publicæ ſint congrua, certiſſime enim ita evitantur ea, quæ turbas & cœdes in civitate excitant, quin prorſus ſeditionum occaſionem præbent.

## §. XXIV.

Quemadmodum Analogia Pacis Weſtphalicæ, ita & interpretatio DD. in pari gradu Jurisdiƈtionem Eccleſiaſticam in ſubditos Auguſtanæ Confeſſionis attribuit, id enim ex verbis Perilluſtr. Canc. BOEHMERI *T. 1. Conſult. p. 180. in not.* aperte ſequitur, licet hanc ipſam Theſin ibi direƈte oppugnare videatur, quam tamen per indireƈtum confitetur.

Interpretem agit l. c. Vir Illuſtris *§. 1. Art. VIII.* ibi. Ut autem proviſum ſit, ne poſthac in Statu politico controverſiæ ſuboriantur, omnes & ſinguli Eleƈtores, Principes, & Status Imperii, in antiquis ſuis Juribus, Prærogativis, Libertate, Privilegiis, *libero Juris Territorialis tam in Eccleſiaſticis*, quam Politicis exercitio, horumque omnium poſſeſſione vigore hujus transaƈtionis ita ſtabiliti, firmatique ſunto, ut a nullo unquam de faƈto ſub quocunque prætextu turbari poſſint, vel debeant. Verba ipſius genuinam interpretationem offerentia ſunt hæc, *die Regeln einer geſunden* Interpretation *geben dabey einen deutlichen Ausſchlag,*

*ſchlag, und lehren* talia eſſe prædicata, qualia permittuntur a ſuis ſubjectis; *Nun ſeynd allhier zvverley* ſubjecta *Catholiſche und Evangeliſche Landes-Herren, die ſeynd in ihren alten Rechten und* Prærogativen *geſchützet, und dabey auch* in libero Juris Territorialis, tam Eccleſiaſticis, quam Politicis exercitio *beſtættiget vvorden, als vvelches mit zu ihren alten Rechten, Vorzügen, und Freyheiten gehöret, und einen vveitern Umfang als das bloſſe* Jus reformandi exercitium Religionis *hat, zumalen ſie daneben von Zeit der* Reformation, *die völlige* Jurisdictionem Eccleſiaſticam *in ihren Landen ausgeübet, und man vvohl ſagen kan, daſs in ihren* Regard *zu dieſer freyen Auſübung der Landes-Hoheit in* Eclesiaſticis *auch die* Jurisdictio Eccleſiaſtica *mitgehöre. Jene ſeynd ebenfalls in ihren alten Rechten und Vorzügen, anbey in dem* libero Juris Territorialis exercitio in Eccleſiaſticis, *ſo vveit ſie ſolches von Altersher ausgeübet, geſchuzt vvorden, darunter aber nach ihren eignen angeführten* Principiis *ſie nichs mehr als das* Jus reformandi exercitium Religionis, *ſo vveit es dem Oſnabruckiſchen Friedens-Schluſs gemæſs iſt verſtehen, und begreiffen mögen, und dahero das* Generale Prædicatum, cum libero Territorialis in Ecceſiaſticis exercitio *ſich nach der Beſchaffenheit des* ſubjecti *richten, und ſeinen Verſtand nehmen muſs, vver vveiſs aber nicht, daſs die Catholiſchen Landes-Herren dergleichen* Jurisdictionem Eccleſiaſticam, *als die Proteſtanten ſich aſſeriren, allein der Biſchöflichen Gevvalt, nicht aber der Landes-Hoheit beygeleget, ſolche von der Landes-Hoheit in* Regard *der Catholiſchen Unterthanen noch bis auf dem heutigen Tag*

 *abſondern*

*ſpricht das* Inſtrumentum Pacis *verordne* in §. Jus Diœceſanum, *daſs die* proteſt*irende Unterthanen* (NB. *er redet hier von allen Unterthanen* univerſaliter *ohne einige* Reflexion *auf den* Statum Anni normalis *zu machen*) *nur in denen Fællen von der* Jurisdictione Eccleſiaſtica *ihrer Catholiſchen Landes-Herren* eximirt *ſeyn ſollten*, qui Auguſtanam Confeſſionem aliquatenus non concernunt, *vvoraus er hernach die Regel nach ſeinen Einfall* formiret, *E. vverde dadurch in denen übrigen Fællen* dem Landes-Herrn *die* Jurisdictio Eccleſiaſtica diſertiſſime *beſtættiget: Hingegen der* Textus Inſtrumenti Pacis *handelt nur* in ſpecie *von denenjenigen Unterthanen*, qui An. 1624. Eccleſiaſticam Jurisdictionem agnoverunt, *dahero der Hr.* Sincerus a Particulari ad univerſale *gantz unrichtig geſchloſſen.* Multam probabilitatem verba hæc in ſe contindnt, ſed cum ipſe Perill. Autor ultro fateatur: *Die* immediate *hernach folgende Worte* in iis caſibus modo dictæ Jurisdictioni ſubſint, *erleutern es noch mehr, daſs kein anders* ſubjectum *als der Geiſtl.* Ordinarius *darunter* indigitiret *ſeye.* E. de hac Jurisdictione Ecceſiaſtica tanquam ſuſpenſa non valebit conſequentia ad illam ex Territorii Jure Seculari reſtitutam, ſiquidem, niſi Annus normalis aliter conſtitueret, Jus Diœceſanum in nullo caſu obtineret. Senſus igitur vocabuli *agnoverunt* unicus ille eſt, quoties in Anno decretorio in hac vel illa ſpecie agnoverunt ſubditi Jus Diœceſanum, (Jus circa Sacra enim hic plane non putatur) tunc cauſa Judicio Epiſcopi vel cognitioni Regiminis Eccleſiaſtici ſubjiciatur, nec transmiſſionem ad Collegia Theologorum petere poſſunt, ſed, ſi in negotio illo pro norma ponitur Auguſtana Confeſſio, de cœteris Diœceſis erit Judicium, & cauſæ Religionis e. g. Conſtitutio Miniſtrorum,

Jus Patronatus &c. non ad Regimen ſeculare, uti id fit in Principe ſeculari, ſed præciſe ad Dicaſterium Eccleſiaſticum Epiſcopi pertinet. Non male igitur ſe habet concluſio illa, ſed cum iterum hic in exceptione verſemur, quæ regulam firmat in Jure Territorio, neſcimus unde taxandus ſit *Dominus Sincerus*, dum a particulari, puta exceptione, ad univerſalem, vel regulam argumentum ſuum duxerit. Sed quis onus probandi, quod agnoverint ſubditi Jus Diœceſanum inter partes ſubibit, id licet dubium ſit, tamen reſolutionem idoneam ipſa Analogia Inſtrumenti Pacis ſuppeditat, quod in hoc paſſu ſubditis incumbere onus probandi adſtruit, quodſi enim contrarium amplecteris illud abſonum te indubie petit, quod Pax Weſtphalica ſibi tantopere eſſet contraria, ut illud onus probandi quod in §. 31. *hoc tamen non obſtante* ſubditis revera imponit, nunc in hoc præſenti Paragrapho Domino iterum imponere, & ille §. huic apertè contradicere videatur. Accipe igitur interpretationem ab omni contradictione liberam: Quicunque ſubditi in probatione non evincunt, quod in poſſeſſione exercitii Jurisdictionis Eccleſiaſticæ, vel Juris Sacrorum proprio Jure conſtituti fuerunt, illi eo ipſo fatentur, quod in eo Anno normali Jurisdictionem Eccleſiaſticam Epiſcopi agnoverint, qualis ſenſus & ipſi paciſcentium menti per omnia eſt conformis; Denique nemo ſibi perſuadere poteſt, vel hunc §. 48. patrocinium præſtare ſubditis ad id evincendum, penes ſubditos vel penes illud Collegium, Eccleſiam conſtituentem, Jurisdictionem Eccleſiaſticam reſidere; eo magis cum illa ipſa in bi Jus Territorii appelletur; verba enim ea: *Jurisdictio Eccleſiaſtica intra fines Territorii ſe contineat*, plane non ad ſubditos ſunt applicabilia, potius ad Dominum Territorii, tanquam correlata ſe referunt, itaque indicium adeſt voluntatis paciſcentium, quidquid in hoc §. Juri Diœceſano Epiſcopi intuitu ſuæ Diœceſeos deceſſit, id deinde Territorio accrevit, qua interpretatione omnes controverſiæ facillime componi poſſunt, & etiam debent.

# §. XXXII.

Exacta paritas Principum Germaniæ magnum intentioni noſtræ, & aſſertis adjicit pondus, ita ut vix de dictis noſtris ullum dubium remaneat. Idque partim ex *§. 26. Art. V.* partim ex adj. *ſub Lit. B.* & quoniam Status Catholicos pati oportuit, ſuſpendi Epiſcoporum Jus Diœceſanum & Jurisdictionem Eccleſiaſticam, qua via ſecuritati publicæ tanquam Juri ceſſo in alieno Territorio invigilabant, vitio vertimus merito affirmantibus illud, etiam Pace Weſtphalica condita, Status ſeculares Jura circa Sacra adhuc Clero attribuiſſe, cum illa ex Jure Diœceſano tantum promanantia ſuſpenſa fuiſſe in cives A. C. addictos, optime ſciverint, ex Jure territoriali verò Status ſeculares, cum de re ex Jure Tertii, de territorio puta Epiſcopi Principis Germaniæ ageretur, nil in ipſos cedere poterant, quod Epiſcopis, Statibus Imperii jamdudum proprium, & Territorio ipſorum radicatum Jus erat.

Ita toties quoties dictum, fuit Jus circa Sacra eſſe hodierno ſenſu effectum Juris Majeſtatici, quomodo unquam Jura Majeſtatica in Clerum tranſtuliſſe Principes noſtros ſeculares probari poterit, cum ab Imperio ſummo illa ex Principiis Proteſtantium ipſis ſint inſeparabilia, & cum aliter dicant, obliviſcuntur illico, ſe exempla tam multa attuliſſe, ubi ante Reformationem jamjam Jure circa Sacra gaviſi fuerunt Principes Catholici tam varii. Expende quæſo quomodo cum ipſis ſuis narratis cohæreant verba D. BALSERI Gieſſenſis JCti ſed demortui, uti ſcimus, in Diſſ. de Libertate Religionis p. 55. "Cum Status Catholici omnia, quæ Jus circa

„circa Sacra illis attribuebat, Clericis peragenda reliquerint, „id ſibi ipſis imputare poſſunt, neque id fraudi eſſe debet „Evangelicis.„ Heu, quot facta absque demonſtratione relicta? Quod igitur Juris publici eſt, negari nequit, Status ſcil. Germaniæ nullo Religionis reſpectu habito pari Civitatis Jure ex Inſtrumento illo gaudere, paritatem tamen ſæpius ab illis, quibus requies publica minus curæ cordique eſt, quantum quantum diminui, illa ipſa Diſſertatio *de libertate Religionis* Gieſſenſium 1738. in publicum emiſſa, adprobat, ita enim Statuit ille Autor, quodſi Jurisdictioni Eccleſiaſticæ parerent ſubditi A. C., manerent, inquit, ſub Jurisdictione Eccleſiaſtica, licet illam non exerceat Epiſcopus, tamen Catholicus ſtatus, Perſonæ exercentes deprehenderentur mutatæ, non ipſa Jurisdictio ſuſpenſa, de qua tamen ſuſpendenda pacti ſunt Status. Omnino mirabitur B. L. hoc illum adſtruere, qui modo Jus circa Sacra ita Domino Territorii commendat. pag. 7. l. „ c. Princeps in quascunque Eccleſias, quæ in civita„ te reperiuntur, Generali gaudet inſpectione, qua „ continetur Jus reformandi, vi cujus prohibetillam, „ quæ publicæ quieti adverſa eſt, atque ſagaces cir„ cumfert oculos, ne in Eccleſia vel tales doceantur „ Doctrinæ, quæ civitatem evertere poſſint. „ Ex dictis univerſis JCti illius illud promanare videmus ob Juſtum metum ſubditos A. C. addictos repudiare Jurisdictionem Eccleſiaſticam Domini Territorialis, quæ dicta ubi rite perſcrutamur, vel Imperium & Magiſtratus reſpuere hortari videntur, licet Monachi & Monaſteria ex aſſerto D. Eſtoris, absque metu Religionis parere debeant Principi Proteſtanti, idolim credidit vir ſingularis Eruditionis & Famæ D. ESTOR. in Delineat: Jurispubl. Eccleſiaſt. p. 133. fruuntur enim Principes Proteſtantes poteſtate in Monaſteria Catholicorum, uti Elector Brandenburgicus & Hanoveranus, ubi ſcil. in An. 1624. Monachi Religionis Catholicæ Exercitium, ita habuerunt, ut nullus Epiſcopus Sacram in ea

Juriſdictionem exercuerit, diſponente Pace Weſtphalica Art. V. §. 48. ex opinione JCti modo laudati. "Hi Mona-
„chi Poteſtati Principis Evangelici plane ſubſint ſalva con-
„ſcientiæ Libertate, nec habent Monachi, verba ſunt D.ES-
„TORIS, quod clamitent, hoc Religioni Catholicæ
„contrariari, non licet ideo Monachis hiſce clam Juris-
„dictionem Epiſcopi, aut Pontificis venerari, quam huic
„ne banno quidem percutere talem Monachum, aut
„ſuſpendere & removere liceat. Sed quomodo Monachi hoc facere poterunt, cum Proteſtantes ægre ferant ſubditos A. C. ſubeſſe Principi Catholico, vel metum aliquem cerebrinum urgeant. Quodſi, unquam exacta æqualitas in Pace Statuta, poteſt in Exemplum trahi, in hoc caſu omnino fieri poteſt, quodſi unquam ex Jure Canonico Præſidia locum obtinent ad excutiendam Juriſdictionem alienam itidem illud in præſenti optime fieri valebit. Cum enim Tridentinum ad inſtar Formulæ fidei ſit Catholicorum, ac ejusdem valoris habendum, ac Libri ſymbolici Proteſtantium, durum quidem eſt, ſed Juris, contra illud nihilominus Monachos illi parere, à quo ſciunt, quod ſeculari Perſonæ ſub Pœna banni Juriſdictione Eccleſiaſtica uti, interdictum fuerit, quodſi igitur Tradita illa Juris Canonici & Tridentini unquam allegare licebit, hoc impræſentiarum adhuc melius fieri poteſt, quodſi vero id contra Pacem agere dicitur, id neque Proteſtantibus, Catholicis amplius objicere placebit.

## §. XXXIII.

Principibus Imperii quibuscunque à JCtis Proteſtantibus addicitur vigore ſuperioritatis Territorialis cura Religionis ad Dogmata Fidei, quantum reipublicæ tranquillitatem reſpiciunt ſe ſe porrigens, ſequitur exinde, quod

quod illa poteſtas eo magis ad Cantica quædam, vel odium, vel ſcandalum concivium excitantia, extendatur. KEMERICH, *in Diſſ. de Jure Principis cicra Dogmata Fidei p. 8.*

Poteſtatem hanc tanquam majus & minus ex genuino Fonte deduxit: Perill. Dn. BOEHMER in Jure Publico univerſ. p. 475. res Fidei ſunt extra arbitrium imperantis cum immediate tangant conſcientias. E. nullius deciſio hic valet, nec quidem Imperantis. Verum aliud eſt, an non pro reducenda Pace publica Princeps poſſit ſententiam aliquam eligere, quæ publice doceatur, poſtquam ipſe quoque ſecundum verbi divini regulas eandem controverſiam examinavit, quod eo magis affirmamus, quoniam ſine hoc non poteſt retineri Pax publica. Poteſtatem illam tamen non abſolutam eſſe debere, ſtatuimus, ſed naturæ negotii & indoli attemperatam, Utantur Canticis illis Proteſtantes inter ſe, non ne vero indoles regionis & Pax publica aliud jubet, cum Territorium mixtum occurat, ubi Catholici & proteſtantes inter ſe ſub uno Principe degunt. Placuit hoc aliis jam dudum pacificis JCtis Proteſtantibus v. g. Perill. BOEHMERO in Jure Eccl. proteſtantium, ut & THOMASIO de Jure Principis circa adjaphora. §. 2. Quippe qui ſtatuunt prohibere poſſe Principem Catholicum ejusmodi Cantilenas ſcandalo occaſionem præbentes & quietem publicam inter concives deſtruentes, quo facto & iis abſtinere debent ſubditi proteſtantes, & quoniam in Germania Imperatori vi Majeſtatis Imperialis intuitu univerſi Imperii cura ſingularis in Religionem competit, de qua vide ſingularem pertractationem in Illuſtr. MOSERI, *Deutſchen Staats-Recht P. III. pag. 222. von denen Gerechtſamen des Kayſers in Glaubens - Sachen* & dum recentis exempli recordamur, id dubii expers eſt, in quo poteſtatem illam exercuit circa novum Bibliorum conditorem Wertheimenſem, mirum nec eſt, nec facultas nobis dubia videtur dum Con-

ſilium Imperiale aulicum Civibus Ravensburgicis vetuit, ne A. C. addicti Cantilenam illam canerent: *Erhalt uns HERR bey deinem Wort.* Confer. T I. *der Reichs Hoffraths Concluſorum pag 719.* Fac etiam illam pro injuria venditari non poſſe, ſed pro precibus ad DEUM pro conſervatione Fidei ſuæ, nonne prudentius erit & umbram injuriæ evitare, cum Actus talem ſapere his videatur. Si ad Libros ſymbolicos pertineret, prohibitio non obtineret locum, ſed cum prudentius agant, ſi omittunt, quid inde, ſi Princeps regulas prudentiæ ſequi jubeat. In Capitulatione CAROLI VII. Glorioſſ. Memoriæ Electoribus Proteſtantibus contigit in favorem Religionis ſuæ progreſſus facere Juris publici, ipſam Clauſulam concernentem, nulli Capitulationi Cæſareæ antea inſertam ex Art. II. §. 8. verbotenus inſeramus. *Am vvenigſten aber ſich ( der Reichs - Hoffrath ) anmaſſe, denen heilſamen Reichs-Sazungen zuvvider, über neue* Editiones *der Augſpurgiſchen* Confeſſions-*Vervvandten* Librorum Symbolicorum, *ſo ſie vor oder nach dem* Religions-*Frieden davor angenommen, oder noch annehmen mögten, dem* Fiſcal *zuhœren, oder* Proceſs *ausgeben zu laſſen; Gleichen Rechten ſollen auch die Catholiſchen ihres Orts zugenieſen haben, jedoch daſs von beyden Theilen in den künftig neu-zuverfertigenden Schriften oder Büchern alle anzüglich und ſchmahliche Ausdrückungen gegen beyderley* Religion *im Reich, denen heilſamen Reichs Sazungen gemæſs vermieden bleiben, und ſich deren enthalten vverde.* Paragraphus hicce Capitulationis Noviſſimæ in cauſa forte erit, quare Illuſtr. MOSER *in der Staats-Hiſtorie Deutſchlandes unter der Regierung Kaiſer* CARL *des* VII. p. 60. dum Orationis Pontificiæ ad Cardinales de negotiis Nuncii Apoſtolici ad Electionem miſſi, habitæ, mentionem injecit, Jura

Prote-

Proteſtantium in prætacta Capitulatione inſigniter fuiſſe adaucta, & locupletata opinetur, cum tamen noſtra ex parte credamus, prærogativas illas, quas ex Capitulatione jactitat D. MOSER: non fore majores, quam quas admittit Pax Weſtphalica, & Paritas Civium Germaniæ, quæ non patitur in minimo Catholicos eſſe deterioris Conditionis concivibus ſuis diverſæ fidei.

# TANTUM.



# Lit. A.

Dictatum Frankfurt am Mayn
den . Februarii 1744.
per Chur-Sachſen.

## An ein Hochlöbl. Corpus Evangelicorum beym Reichs-Convent zu Frankfurt unterthänig-dienſtliche Vorſtellung, wie dem Reichs-Freyherrn von Quad zu Wickrath, als proteſtirenden Mit-Stand des Nieder-Rheiniſch-Weſtphäliſchen Craiſes, ſeine Territorial-Jurisdiction circa Sacra vom Hochpreißl. Reichs-Hof-Rath zweifelhaft gemacht, und mit Executionen getrohet werden wolle, mit Bitte um Interceſſionalien, & quidem ob moræ periculum ſchleunigſt, ſamt der Anlaag ſub Sign. ⊙ ab Seiten des Reichs-Freyherrl. Quad-Wickrathiſchen Abgeordneten Licent. Grambuſch.

### Hoch- und Hoch-Wohl-Gebohrne, Wohl-Gebohrne, und Hoch-Edel-Gebohrne ꝛc.

Es iſt mehr als bekant, daß denen Statibus Imperii Proteſtantibus, vermög des Paſſauiſchen Friedens de Anno 1552. §. 8. ſodann Augſpurgiſchen de Anno 1555. und Oßnabrückiſchen Art. 5. §. 48. das Jus

Jus circa Sacra competire, fort daß dieſelb, nachdem das Jus Pontificium & Epiſcopale durch obgedachte Tractaten ſuſpendiret worden, Buß- und Beth-Tage, oder ſonſtige Feſta, zu indiciren berechtigt, mithin derſelben Unterthanen, ohne Unterſcheid der Religion, ſolche wenigſt mit Enthaltung öffentlicher Arbeit, zu feyren verbunden; und obwohl nicht nur aller proteſtirender Herren Reichs-Ständen Unterthanen, Geiſt- und Weltliche, in ſpecie im Cleviſch- Märkiſch- Möriſch- und ſonſtigen Landen, nach Anlaß ſub Sign. ☉ die alle viertel Jahr einmal vor all feſtgeſtellte Buß- und Beth-Täge feyeren, und ſich aller öffentlicher Arbeit enthalten, ſondern auch die Römiſch- Catholiſche Unterthanen in der obgedachten Landen anſtöſſender, und mit ſelbigen unter dem Nieder- Rheiniſch-Weſtphaliſchen Craiß ſortirender Reichs- Herrſchaft Wyckrath ſich in Feyerung des von ihren Landes-Herrn auf gleichen Fuß angeordneten Viertel-jährigen Buß-und Beth-Tags freywillig unterworffen; ſo iſt es doch, daß die Knechte des ſogenannten Morters- Müllers-Hofs, ſo denen in Wickrath ligenden Cloſter Creutz-Brüders- Ordens zugehörig, fort andere des Cloſter Arbeitere ſich dann und wann unterſtanden, an vorbenannten Feyertagen, wiewohl nicht ohne Turbation, (indeme ſie entweder verjagt, auch Pferde oder Leute arreſtiret worden) öffentlich zu arbeiten, wodurch es ſo weit gekommen, daß als währender Minderjährigkeit des jetzigen Reichs Freyherrn von Quad zu Wyckrath, ſo vor zwey Jahren allererſt Großjährig worden, von Beamten mit denen Contravenientibus durch die Finger geſehen, oder darauf nicht alſo genau invigilirt worden, mithin obgedachtes Cloſter keinen Scheu mehr getragen, durch ihre Arbeitere und Knechte des Morter-Müllers-Hof, auch unter jetzigem Reichs-Freyherrn von Quad zu Wyckrath, durch öffentliche Arbeit den von demſelben angeordneten Viertel- jährigen Buß- und Beth-Tag aller Orten zu profaniren, wohlgedachter Reichs-Freyherr von Wyckrath veranlaſſet worden, an dem im September jüngſt eingefallenen Buß-und Beth Tag denen Morgens frühe im Felde ackerenden Knechten des Morters-Müllers und reſpective Cloſters-Hofs anfänglich durch den Gerichts-Bothen zu bedeuten, daß ſie ſich der Arbeit müßigen ſollten; hiernechſt aber denenſelben durch einen Pœnal-

Ver-

Verbott von 25. Gold-Gulden die Arbeit zu unterſagen, und wie endlich die Commination nichts gefruchtet, die Pferde abſpannen, und auf die Herberg bringen, auch dieſelben vor die verwürckte Brüchte taxiren, und endlich, wie die Brücht nicht hat erlegt werden wollen, davor diſtrahiren zu laſſen. Hierüber hat mehr gedachtes Cloſter beym Hochpreißlichen Reichs-Hof-Rath ſich anmaßlich beſchweret, und durch ſiniſtre Vorſtellung, als wann dieſes contra Exercitium Religionis Catholicæ publicum, concordata, anteriorum Imperatorum conſervatoria, & poſſeſſionem non feriandi eine Turbation ſeye, das beykommendes Mandatum de non amplius contra concordata & conſervatoria turbando & reſtituendo ablata, cum omni damno & expenſis, nec non amplus offendendo S. C. erſchlichen. Gleichwie aber eines Theils der Reichs-Freyherr von Wyckrath das Jus Territoriale hat, mithin, vermög vorangeregter Friedens-Schlüſſen, Feſta zu indiciren berechtigt, auch andern Theils das Exercitium Religionis publicum denen ex poteſtate territoriali anſtellenden Feſt-Tägen nichts derogiret, fort dritten Theils keine Concordata, welche hierinnen Maaß oder Ziel geben, obhanden, auch vierten Theils die Kayſerliche Conſervatoria, worinnen alleinig die Immunitas Eccleſiaſtica beſtättiget worden, nichts davon melden, ja ſelbige allenfalls dem Reichs-Freyherrn von Wyckrath das per pacem erhaltene Jus nicht haben benehmen können, und endlich fünfften Theils das Cloſter keine Exemption aufzuweiſen vermag, mithin ſchlüßlich dieſe Sache, wobey einem proteſtirenden Stande ſein durch ſo feyerliche paces & præſertim per Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ erworbenes Jus Territoriale circa Sacra zweifelhafft gemacht werden will, nicht allein ad Comitia gehörig, ſondern auch ſämmtlich-proteſtirenden Reichs-Städten daran gelegen, daß einem proteſtirenden Stand ſein durch die Friedens-Schlüſſe ſo theuer erworbenes Recht nicht benommen werde; Als bittet ein Hochpreißliches Corpus Evangelicum des Reichs-Freyherrn von Quad jetzt anweſender desfalls Abgeordneter unterthänig-gehorſamſt, bey dem Reichs-Hof-Rath, wobey man ab Seiten des wohlgedachten Reichs-Freyherrn von Wyckrath, wiewohl nur informative & ſub proteſtatione de ſe non intromittendo ſub- & obreptio-

obreptionem mandati zwar angewieſen, aber einer gewieriger Reſolution ſich um deſtoweniger zu vertröſten hat, als das Cloſter ante exſpiratum terminum und auf noch mehrere falſche Narrata das beyfügendes Mandatum arctius extenſivum abermahls ſub- & obreptiret hat, die nöthige und ob moræ periculum baldigſte Vorſtellung (weilen ſonſten der Reichs-Freyherr von Wyckrath befahren muß, mit der Execution überfallen zu werden) zu thun damit die erſchlichene Mandata cum Expenſis & omni cauſa caſſiret werden, und das deſtomehr, als im Gülichiſch- und Bergiſchen fort Cöllniſchen die proteſtirende Unterthanen, welche auch das Exercitium publicum haben, aller Orten paucis locis per concordata inter Domum Brandenburgicam & Neoburgicam initam exceptis die Römiſch-Catholiſche Feyertäge feyren und ſich aller Arbeit enthalten müſſen. Solches ꝛc.

Ew. Ew. Excellenzien, Gnaden Hoch-Hoch-Wohl Gebohrnen und Hoch-Edel-Gebohrnen.

unterthänig-gehorſamſt-und dienſtwilligſter

J. Grambuſch, Reichs-Freyherrl. Quadiſcher Abgeordneter.

Sing. ⊙

Wir Schultheiß, Burgermeiſter, Scheffen und Rath der Stadt Duisburg thun kund, und fügen auf vorher geſchehene Requiſition hiemit zu wiſſen, welcher geſtalten, vermöge ergangenen Königlich-allergnädigſten Verordnungen, niemande-

 auf

auf den Sonntagen, oder andern Feſt-Buß und Beth-Tagen, in oder auſſer Hauſe, ſein Handwerck zu treiben, oder ſonſten dergleichen Arbeit zu verrichten erlaubet; im Gegentheil ein ſolches unzuläßiges Arbeiten, als wodurch Sonn-Buß-und Beth-Tage profaniret und entheiliget werden, allen und jeden Sr. Königl. Majeſtät in Preuſſen Unterthanen, ſowohl Römiſch-Catholiſchen, als Proteſtanten, bey arbitrairer Straffe verbothen und unterſaget; Mithin allen Königlichen Beamten und Stadts-Magiſtraten, auch Jurisdictions-Richtern, ernſt-und nachdrücklich anbefohlen und auferlegt iſt, auf ſolche und andere Exceſſus fleißig zu vigiliren, excedentes aber gehörig zu beſtraffen: gleich dann auch in allergehorſamſter Gefolge und allertiefſten Pflicht-ſchuldigſten Nachkommen und Gelebung darauf von Uns gehalten, und der darwider Handlende behärig geſtraffet wird.

Zu mehrerer Urkund haben Wir dieſes Atteſtatum vom Stadts-Secretario ausfertigen und unterſchreiben, auch mit dem kleineren Stadts-Inſiegel bedrucken und corroboriren laſſen. So geſchehen Duisburg den 30. Decembr. 1743.

(L.S.) J. C. Bergius, Secretarius.

# Lit. B.

# VOTUM

## Des Schwediſchen Herrn Geſandtens, Die geiſtliche Jurisdiction Catholiſcher Landes-Herren über ihre Evangeliſche Unterthanen concernirend.

Ich bedaure ſehr, daß ich der in dem mir communicirten Aufſatz der vortreflich-Chur-Brandenburgiſchen Geſandſchaft enthaltenen Theſi: „quod nulla Dominis territo-„rialibus

„rialibus Catholicis in ſubditos Evangelicos competat Jurisdictio „Eccleſiaſtica, in der abſoluten Generalität, wie ſie da lieget, nach öfters widerholter reiffer Uberlegung nicht allein, ſondern auch nach vor mir habender allergnädigſter ſpecial-Inſtruction nicht beytreten, noch dieſelbe ſecundiren kan. Ich ſage, daß ich es bedaure, zumahlen ich ſehr wohl begreiffe, daß es dem Evangeliſchen Weſen höchſterträglich und zu wünſchen wäre, daß dieſes Principium Stand greiffen und durchgetrieben werden könte. Ich geſtehe auch, daß, wann de Pace Weſtphalica adhuc pangenda & ſancienda die Frage wäre, wan Evangeliſcher Seits die Urſache haben würde, mit allem Ernſt und Nachdruck, wegen der vielen, dem Evangeliſchen Weſen, teſte experientiâ, hieraus entſtandenen Ungelegenheiten ſteiff und feſt darauf zu beſtehen, daß dieſe Theſis ausgemachet und feſtgeſtellet werden möge, und daß man ſich zu verwundern habe, wie die damahligen höchſt und hohe Herren Compaciſcenten, oder dero zum Friedens-Werck gebrauchte Miniſtri, die Sache und deren Erfolg nicht tieffer eingeſehen, und gleichwie ſie den Römiſchen Catholiſchen Ordinariis oder Biſchöffen ratione futuri, in Anſehung derer Evangeliſchen Unterthanen, den Riegel in Art. V. §. 48. Jus diœceſanum &c. vorzuſchieben bedacht geweſen, alſo hingegen §. 30. quantum deinde &c. nicht mit eben der Sorgfalt zu Wercke gegangen, die weltliche Catholiſche Landes-Herren von aller geiſtlichen Jurisdiction über ihre jetzige oder künftige der A. C. verwandte Unterthanen auszuſchlieſſen, und zu deren Vortheil das quoad te liberas ædes habeo, zu ſtabiliren. Gleichwie aber quoad prius dermalen die Frage de Lege ſancienda & ſcribenda nicht, ſondern vielmehr de ſancita & ſcripta, quantumvis dura videatur, die Frage iſt, id quoad poſterius, die damahlige Pacificatores, wenn ſie annoch im Leben, und alſo im Stande ſich zu verantworten wären, vielleicht ſolche dermalen aus dem Grunde nicht bekannte Urſachen und ſpecial Umſtände zu ihrer Entſchuldigung anzuführen wiſſen würden, aus welcher ſie mit vernünftigen Grunde uns endlich mit dem Sprichwort antworten möchten; Tu ſi hic fuiſſes, aliter ſenſiſſes; Alſo halte aus denen in S. P. W. gegründeten Urſachen, und der vor aller Augen offen liegenden ſubſecuta Praxi & obſervantia imperii dafür,

„daß mit dieſer Theſi nicht auszulangen, wohl aber aus denen in be-
„ſagten Weſtphäliſchen Friedens-Schluß gegründeten Limitatio-
„nibus ſolche Einſchrenckungen des allen, ſo wohl Evangeliſchen,
„als Catholiſchen Ständen indiſtinctè zuſtehenden Juris territori-
„alis in ſpecie circa ſacra zu behaupten ſeyn, daß daraus ſublato abu-
„ſu & movente denen Evangeliſchen Unterthanen Catholiſcher
Landes-Herren kein Eintrag in ihrer Religions- und Gewiſſens-
Freyheit entſtehen müſte.

Eben dieſes ſtatuiren mit mir, auſſer einen eintzigen Anonymo „
„alle, wenigſtens mir bekaunte Evangeliſche Publiciſten, in ſpecie
„der Autor Zugabe und Anwerbungen in examine vindicarum
Rittmeyerianarum p. m. 174. 175. als woſelbſt er behauptet, „daß
„der Autor Anonymus, deſſen„ Diſcurs er erläutert, auf dieſer Theſi
„quæſt. zu beſtehen, eben nicht nöthig gehabt, weil es eine vergebli-
„che Frage ſey, indeme das Jus territoriale in dem Weſtphäliſchen
„Friedens-Schluß ſo ſehr eingeſchräncket, und der annus decre-
„torius zur Richtſchnur geſetzet worden, daß das Haupt-Werck
„von ſelbſten hinweg falle.

Es ſind auch der Meynung diejenige Evangeliſche Geſand-
ſchaften, in ſpecie der Schweden-Bremiſche, Sachſen-Gothaiſche
und Braunſchweigiſch-Zelliſche mit andern geweſen, welche an der
Conſultatione Evangelicorum de anno 1665. den 21. Februarii
Theil gehabt, in verbis: „daß ein Fürſt, wenn er von der Evange-
„liſchen zur Päbſtlichen Religion tritt, des vorhin gehabten Juris
„Epiſcopalis verluſtiger werde, ſeye nirgends zu finden. *Schilter*
„*de Pac. Relig. p. 429. 421.*

Bey ſo ſtarcken an Seiten der Catholiſchen Landes-Her-
ren für ſich zu allegiren habenden fundament ex ipſe Pace Weſtpha-
lica gibt man zu bedencken, ob ohne öffentliche Fehde und Con-
vulſion des Status Imperii ſatis jam morbidi, eine ſolche Theſis
von Evangeliſcher Seiten, zu avanciren, in ſpecie zu behaupten,
oder es durchtreiben zu können, eine vernünftige Hofnung ſey,
daß

daß Z. E. der Chur-Fürſt von Sachſen, der Chur-Fürſt von der Pfaltz, der Biſchof von Hildesheim, die künftige Catholiſche Succeſſores in Oettingen und Hohenlohe-Pfedelbachiſchen, ja des Kayſers Majeſtät ſelbſten in Schleſien, als woſelbſt Sie zu Folge des Alt-Randſtädtiſchen Tractats, denen Evangeliſchen Unterthanen ein eigenes Conſiſtorium, doch unter Dero höchſten Nahmen, Direction und Aufſicht eingeräumet haben, und von allen Dero Evangeliſchen Unterthanen pro ſummo Epiſcopo biß in dieſe Stunde unſtreitig erkannt werden, ſolchen allen abſagen, und Ihro Evangeliſchen Unterthanen ratione Jurisdictionis Eccleſiaſticæ, in eine ſolche Independenz ſetzen werden, daß ſie auf Erden niemand, GOtt im Himmel aber über ſich allein zu erkennen haben.

# FINIS.



# COROLLARIA
EX
# JURE NATURÆ ET GENTIUM.

I.

PAtresfamilias ſegreges, licet Jus Summum ab hominibus independens habuerint, Majeſtate tamen minus gaudebant.

II.

Sicuti & populus ille, qui conceſſit in Territorium alienum non retinet amplius libertatem civilem, neque porro eſt ſui Juris, neque Majeſtate ſibi relicta, ulterius fruitur.

III.

Cœtum hunc enim, dum aliquis accuratius conſiderat, obſervabit illico, illum non amplius civitatem repræſentare, ſed ad inſtar magnæ Familiæ & membrorum minus dignorum eſſe.

IV.

Quodſi vero idem caput ſit plurium populorum, qui ſinguli perfectum cœtum conſtituunt, etiam ſinguli adhuc Majeſtatis ſunt capaces, quod accidit, ubi extincta domo regnatrice, Imperium ſeorſim revertitur ad quemcunque populum, olim ſub nexu ſyſtematico univerſali comprehenſum, exemplum ipſa noſtra Germania-Poſt-Carolingica præſtat. Teſte de LUDEWIG *in Germ. Principe p. 47.*

V.

An vero caſu dato ipſum Imperium, an vero tantum Jus ſummum Imperium excitandi, competat, plures DD. diſpu-

diſputant, nos prius affirmamus add. merito HERTIUS de modo conſtituendi civitates.

VI.

Status Principis Imperii adhuc quoddammodo eſt naturalis privatus, a Statu Subditorum & Civium diſtinctiſſimus, in quem non cadunt ea omnia, quæ de Civibus dici queunt, quoties igitur non tantum in delictis, ſed et in aliis actionibus audiamus, Principes Imperii Jure privatorum cenſeri, hanc doctrinam cum grano ſalis accipiendam eſſe, monemus.

VII.

Pax publica & Pax Religioſa quatenus injuriis pœnas ſtatuunt, ad omnes ſpectant, non tamẽ omnia licet adplicare ad Principem Imperii, quare Ordinationes Criminales privatis datas in ordines Imperii detorquere abſonum pronunciat TREUER *de Jurepubl. Crim. S. R. I. caute dijudicando p. 6.*

# EX JURE CIVILI.

I.

Privatus in controverſia ſuper Regalibus in poſſeſſorio ſummariſſimo plane non eſt manutenendus, nec quicquam in illa lite quaſi poſſeſſio momentanea ſola ipſi proficit, quemadmodum id ipſa praxis docet. HEINECC. *in Conſil. p. 114.*

II.

Erroneum eſt illud illatum quibuscunque applicari nequeunt Jura Servorum Romanorum, illi non ſunt ſervi.

III.

Unde proprii homines ſunt ſervi, licet non ſint ſervi Romani.

IV.

Diſtinctio inter ſervitutes continuas & diſcontinuas Juri non adeo conformis eſt, multo minus ſententia in Praxi recepta, quod ſervitutes diſcontinuæ imemmoriali tempore præſcribantur, Juri Romano convenit.

V.

Cum in quibusdam ſervitutibus ſolus non uſus non ſufficiat ad amiſſionem ſervitutis, illud non inde eſt, quod ſint urbanæ, ſed quod non poſt ſe relinquant aliquod veſtigium propter quod durare videtur ſervitus.

VI.

Incendia fiunt plerumque culpa hominum & imprimis inhabitantium, inde tamen nulla Juris præſumptio inducenda.

VII.

Plurima vota valere verum eſt, econtra notum eſt brocardicon, quod omnes ut ſingulos tangit, ab omnibus eſt adprobandum & major pars minori præjudicari nequit. MERCKELBACH ad KLOCK. *Vol. 1. conſ. 34. n. 307.* ERTEL *Obſ. Illuſtr. 29.*

VIII.

Quod ſi alias demonſtrationem Beſcheinigung abſque Articulis in ſolis documentis admittunt Practici, BERG. *in El. Diſcept. for. tit. 20. Obſ. 1. n. 7.* Conſilii tamen eſt, ſi Judex Articulos expedire deprehendat, hoſce injungere, ita tamen, ut nullum ex non oblatis Articulis intra fatale per decretum datum, pars ſentiat detrimentum.

IX.

Per habitationem decem annorum perpetuam, verum demum domicilium in aliquo loco conſtituitur, inde ut

ab

ab eo Statuta loci ſequamur, praxis infert. ZANG *de Except. p. 2. c. 1. n. 46.* MENOCH *de A. I. Q. c. 82. n. 15.* CARPZ. *p. 1. conſt. 3. def. 18. n. 5.*

X.

Si venditor in re vendita ſibi Hypothecam reſervavit, donec de pretio ſatisfiat, ad ſecundam claſſem eſt referendus in Concurſu Creditorum.

XI.

Hodie perditum luſu & ſolutum condici non poſſe, certum eſt. Sed non propter *L. 3. ff. de Condict. ob turp. cauſ.* ſed quod laudabiles Conſtitutiones Juris Romani nequidem ſint receptæ inter Chriſtianos.

XII.

Actiones bonæ fidei & ſtricti Juris ex poteſtate Judicis Pedanei ſunt dijudicandæ, quæ aliquando laxior, aliquando ſtrictior erat apud Romanos, cum vero hodie Magiſtratus noſtros ordinarios nulla includat formula, exinde ſecure concludis, diſtinctionem eam in Germania plane exulare.

XIII.

Quoniam verba *in §. 28. J. de Act. ſunt hæ*: nimis latiora ſunt, quam ut omnes actiones *b. f.* inibi recenſitas includant, merito deſuper dubitamus *arg. pr. §. 1. J. de ſervit. ruſt. præd.*

## EX JURE CANONICO.

I.

Eccleſia ex principiis Catholicorum eſt Monarchia.

II.

Caput igitur deſiderat Univerſale, ſub quo Epiſcopi & Prælati reliqui, particulares Eccleſias regant.

III.

Hoſce tamen in partem quandam ſollicitudinis, minus vero in omnimodam plenitudinem poteſtatis eſſe vocatos, ſtatuimus.

IV.

Particulares igitur Eccleſias eſſe ſaltem membra unius Corporis ex eo ipſo pateſcit.

V.

Ex principiis Proteſtantium vero Eccleſia eſt Collegium in Republica, quare facile conjecturare licet, Principi ex hoc fonte ſummam inſpectionem circa illud Collegium competere.

VI.

Hinc Jus circa Sacra in Pace Weſtphalica determinatum ſuam originem deducere, ex hac ſcaturigine pateſcit.

VII.

Quotuplex igitur aliqua eſt Reſpublica ſive in Imperio noſtro Territorium, in eoque Eccleſia, totuplex etiam eſſe Jus circa Sacra, huic doctrinæ conſentaneum eſt.

VIII.

Remedium Canonis redintegranda non tantum in malæ, ſed & ex praxi in bonæ fidei poſſeſſorem datur.

# EX JURE PUBLICO.

I.

Vicarii Imperii etiam in cauſis Eccleſiaſticis & Matrimonialibus Proteſtantium legitimi Judices eſſe poſſunt, ſiquidem ejusmodi cauſæ vel per modum ſimplicis querelæ vel per viam appellationis ad eos deferri poſſunt.

II.

II.

Poteſt enim in ejusmodi cauſis ex praxi Imperii, GAIL. *Obſ. l. 38.* BLUM *Proceſſ. Cam. tit. 43. n. 19 ſq.* uti & præjudiciis Judicii Imp. Aulici, Electa Juris publ. *Tom. VII. part. 5. p. 382. part. 8. p. 591. T. VIII. part. 5. p. 438.* judicare Imperator, quare igitur Repræſentantibus Imperatoris ea poteſtas judiciaria denegari debeat, non videmus.

III.

Minus enim obſtat. *Art. V. I. P. W.* ſiquidem ille regulam potius firmare quam evertere videtur. In Pace Weſtphalica Jurisdictio Aulica & Cameralis ideo fundata legitur, quoniam inibi & cauſæ Seculares & Eccleſiaſticæ, hiſce Tribunalibus eo ipſo demandatæ fuerunt, dum id ſimul ſpecialiter diſpoſitum adparet, ut Aſſeſſores in cauſa utriq; Religioni addicti, adſciſcantur, ea ipſa in pleno proponatur, Votis vero in æquales partes euntibus ad Comitia Imp. Univerſalia deferatur. *Art. V. §. 55. I. P. W.*

IV.

Quodſi vero ipſe Vicarius Judex ſimul Imperii, cum alio Conſtatu in lite verſaretur, ita ut Judicis & Partis vices ſimul obire non valeret, cauſam eam contentioſam non ad Convicarium tanquam ad forum non competens, ſed ad Corpus Imperii deferendam eſſe cenſemus.

V.

Vana eſt quorundam Jurispublici Interpretum Doctrina quaſi Jus fœderum pangendorum Art. VIII. J. P. W. Statibus indubie addictum, noviter demum ad ipſos in diminutionem Majeſtatis Cæſareæ devenerit, & ita poteſtats Statuum ac, Majeſtats Imperatoria vero decreviſſet.

VI.

Cum enim Hiſtoria Imperii noſtri ſcateat fœderibus Statuum, de Periodis in Periodos, quin jam ſub tempore HENRICI AUCUPIS & OTTONUM, quod mireris, initis, ſi quidem ea nec Statibus provincialibus nec Urbi municipali interdicta erant, Theſis anterior plane in rei Veritate non ſubſiſtit, vel id ſequeretur, fœdera illa antiquiora in ſpecies delicti, vel rebellionis incidere, quod dicere nemo audebit, potius cit. §. quod Statuum, Statibus datum fuiſſe, pronunciavit.

VII.

Status Imperii quoties cum Conſtatu, vel extraneo Rege, inconſultis univerſis Comitiis, bellum iniit, occupationem terrarum ſuarum, quin dubium belli eventum ferre debet, ita ut reliqua commembra hujus Imperii neutrius partes manere de jure poſſint.

VIII.

Jus belli Principi Imperii, quoties cum extraneo, nulli homini ſubjecto, cauſam habet, ipſa Juris Gentium Principia ſuppeditant, præprimis ubi Status Imperii actoris vices ſuſtinet, ita enim Elector Brandenburgicus FRIDERICUS WILHELMUS, cum Hiſpanicas naves arreſto detineret, cauſam ſuam tuitus eſt, ſibi huc fuiſſe deſcendendum, quod Hiſpani debitum explere abnuant, *nec Judex ſit*, qui moroſos debitores ad ſolvendum compellat. PUFFENDORFF. *Rerum Brandenb. L. XIIX. P. 10. & 11.*

IX.

Plane falſum eſt illud brocardicon: Quilibet Statuum Imp. poteſt tantum in ſuo Territorio quantum Imperator

perator in Imperio. Nam ipſe Imperator v. g. qua Archidux Auſtriæ poteſt Fœdera inire, nova tributa imponere ſubditis, & omnia Majeſtatica Jura exercere, quæ tamen alias ipſi ſoli non ſunt permiſſa qua Imperatori in Imperio. Vid PRÆSIDIS Obſervationes Juris Gentium & Juris publici Univerſalis. p. 63.

# EX JURE FEUDALI.

I.

In feudis Imperii oblatis ex uſu & præjudiciis Judicii aulici Imperialis, uti & communi D.D. opinione Fœminæ illuſtres in caſu aperturæ à Succeſſione recte excluduntur ita COCCEJI, RHETIUS, ROSENTHAL, HERT. THOMASIUS, TITIUS, STRUVIUS.

II.

Nec iniqua eſt ratio, cui excluſionem fœminarum ſuperſtruunt, nil enim rationi ſanæ magis eſt conſentaneum, quam quod ille, qui terram ſuam in feudum offert, etiam illam qualitati Feudali & Succeſſioni ſubjicere velit, deinde quoniam natura Feudorum id regulariter poſtulat, ut ad maſculos Succeſſio tantum pertineat, ipſe offerens ſibi imputet, quod per pacta, ſi aliter voluiſſet, fœmininæ Succeſſioni non proſpexerit.

III.

Quodque ita in Feudis Imperii oblatis juſtum eſſe diximus, id de omnibus Feudis provincialibus, aſſerere merito conamur.

IV.

Quapropter Feudum rectum *ein vvahres Mann-und Stamm-Leben* regulam efficit, nec ad alios niſi maſculos

legitimosque Filios deſcendit, in Feudo hæreditario vero *ein vvahres Erb-Lehn* cum hic offerens proſpexerat fœminis, hæc ipſa formula pactum illud includit, quod in tali oblato Feudo, quod Dominus directus hæreditarium dici permiſit, fœminæ excludi non poſſint.

V.

Magna igitur differentia intercedit inter *Stamm-* vel *Erb-Lehn*, quæ ab effectibus optime dignoſcitur. In Feudo hæreditario enim, Vaſallus non ſuccedit primo acquirenti ſed ultimo defuncto, à quo proprie cauſam Succesſionis accipit, huic enim evidenter illam debet, quoniam Feuda hæreditaria Diſpoſitioni ultimarum voluntatum ſubjacent, alias enim ſucceſſori Feudum adimere potuiſſet defunctus. COCCEJI *Hyp. Juris Feud. Tit. 1. §. 8. ſq.* II.) Id monſtrant Formulæ, hæreditatibus propriæ *zum vvahren Erb-Lehn, zum rechten Erbe, oder Erb-Guth*, vel illa formula, tibi & cui dederis. III.) Illud primarium requiſitum Feudi hæreditarii eſt, quod quilibet vaſallus pro lubitu de Feudo diſponere poſſit, quin & ipſum Feudum absque Domini directi conſenſu alienare. SANDE *ad Conſuet. Geldr. p. 24.*

VI.

Antiquum erat deſiderium Equeſtre, Feuda Bambergenſia, quæ membra immediatæ Nobilitatis recipiunt, tradere pro oblatis. Loqui quidem ita licet, ſi aſſerti probatio ſimul ſequeretur, urgebant hujus loco novum factum nexum aliquem fidei commiſſi Familiæ, hinc conſuetudinem aſſerebant, vi cujus in Feuda aperta deficiente linea primi acquirentis, illi, *die gleiches Nahmen, Schild, und Helms vværen*, ſucceſſione donandi eſſent.

VII.

VII.

Sed cum hæc res Feudalis in facto mere reſidebat. Conſuetudini præfiguratæ Curia Feudalis Bambergenſis, potius contradixerat, ut taceam, quod Actus admiſerit ad conſuetudinem introducendam qualificatos, de poſſeſſorio tandem transactio interceſſit, ita ut ſucceſſurus non Agnatus, prius fundi poſſeſſionem nactus, tamdiu ſecurus ſit, usque dum curia Feudalis Epiſcopatus in petitorio jus ſuum, pro re nata tamen, docuiſſet, add. LUDEWIG, *in Script. Bamberg. p. 1671.*

VIII.

Potius ea obſervantia eſt Curiæ noſtræ Feudali propria, Celſiſſimum noſtrum, Dominum directum, poſſe Vaſallo, non requiſitis Agnatis reliquis in ſimultanea inveſtitura exiſtentibus, conſentire, ut Feudum antiquum ex pacto ex providentia majorum oppignoret & valide alienet, de quo ſuo tempore mox ſpecialem elucubrationem promittit PRÆSES, interim conferatur *Füchſiſ.* Species Facti *ſamt beygefugten* Annotatis *in Sachen derer Füchſe von Bimbach*, contra *Wolfen von Wolffsthal die Bambergiſche Lehen zu Eſchenau und Weſtheim betreffend*, §. *10. pag. 14. ſq.*

# EX JURE CRIMINALI.

I.

Bruta non delinquunt.

II.

Furtum qualificatum non judicatur ex ſimplici aſcenſione, niſi alia vis concurrat, unde legem determinat.

III.

III.

Furtum in caſu neceſſitatis admiſſum, vel unanimi conſpiratione extra pœnam judicant Interpretes.

IV.

Quoties res per delictum conſummatum in integrum ſtatum reduci poteſt e. g. in furto, toties pœnitentia ante capturam pœnam temperat, quoties autem non poteſt, toties ſecus.

V.

Miſericordia cerebrina ea eſt, damnare inter Chriſtianos pœnas capitales, id tamen æquitatis regulæ præprimis inculcant, Quantum fieri poteſt, pœnas in ejusmodi Caſtigationes transmutare, ne delinquentes in aliis provinciis nova crimina moliantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0121-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0122-4

Bamberg, Diss., 1743-50
X 2344188

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0123-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0124-5

E5. num. 8. 10
1745, 2
5
P. 358.

DISSERTATIO JURIDICA.

DE

# ONERE PROBANDI SUBDITIS IN RELIGIONE A DOMINO TERRITORII DISSENTIENTIBUS, REGULARITER INCUMBENTE, SI JUS REFORMANDI OB ANNUM NORMALEM CESSANS ET LIMITATUM OBTINEAT.

AD ILLUSTRAND. §. XXXI.

*ART. V. INSTRUM. PAC. WESTPH.*

UNA CUM COROLLARIIS EX UNIVERSO JURE DESUMTIS.

QUAM.

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA.

IN ALMA OTTONIANO-FRIDERICIANA BAMBERGENSIUM UNIVERSITATE.

*SUB PRÆSIDIO.*

DN. JOH. HEINR. BOCRIS.

CONSILIARII AULÆ ET REGIMINIS, PROFFESORIS PUBLICI ET ORDINARII, FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORIS.

IN AULA ACADEMICA.

*AD DIEM SEPTEMBR. MDCCXLV.*

*HORIS ANTE- ET POST MERIDIEM CONSUETIS.*

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBJICIT.

JOH. GEORGIUS IGNATIUS SCHEID, BAMBERGENSIS, JURIUM CANDIDATUS EMERITUS.

*CUM PERMISSU SUPERIORUM.*

BAMBERGÆ, TYPIS GEORGII ANDREÆ GERTNER, PRINC. AULÆ, REVERENDISSIMI CAPIT. ET ALMÆ UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

KOENFRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-157164-p0125-1